

ISAAC etiam semel legitur sacrificium obtulisse, idque in A Bersabee, edificato ibidem altari. *Gen. 26.*
 JACOB vero sapius obtulit sacrificia. Primo in monte Galaad pro felici compositione litus, quae inter ipsum, & Laban orta fuerat. *Gen. 21.* Secundo, prope Sichem, co quod in itinere rediens ex Mesopotamia Syria, evasisset iram fratris Esau, quem metuebat. *Gen. 23.* Tertio in Bethel, eadem ex causa. *Gen. 28.* Quarto, ibid. Quinto, ad puteum Juramenti. *Gen. 46.* cum intellexisset filium suum Joseph, quem devoratum tum existimabat, vivere, toique Aegypto praepositum esse.

Job Regulus terrae Hus, & potentissimus inter Orientales etiam hunc Deo cultum exhibuisse legitur his verbis. Ibant filii ejus, & faciebant convivium per domos uniusquisque in die suo. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, & sanctificabat illos, confurgensq; diluculo ostendebat holocausta pro singulis. Dicebat enim, ne forte peccaverint filii mei. Sic faciebat Job cunctis diebus. *Job 1.*

Paulo ante egressum filiorum Israel ex Aegypto, praecipit Deus offerri sacrificium Agni Paschalis, quem oportebat esse masculinum anniculum, sanum, & integrum, idque die xiv. mensis primi ad vesperam. Et quidem quoad in Aegypto manebant, singuli patresfamilias jubebantur in sua domo immolare, & comedere: s; atterpere peregrinationis in deserto Sinai. In ingressu autem in Iudaeam post transitum Jordanem, in campis Jericho. Denique quo tempore in Iudaea habitabant, in loco, ubi erat tabernaculum; & unde postmodum legitur, quo pacto tempore Paschali ascendente Hierosolymam ad templum Salomonis. Constat haec ex *Exod. 12. Num. 9. Jos. 5. Dent. 16.*

RITUS AGNI PASCHALIS.

RITUS, & ordo Agni Paschalis in Aegypto, hic erat. Ma-
 tabatur Agnus, ejusque sanguine illinebantur postes, & superliminaria: excoriabatur, deinde, dissecabatur, elevabatur, afflatus comederatur, cum capite pedibus, & intestinis, adhibebantur panes azymis, cum lactuce agreffibus. Nihil autem ex edibaculo conferre in sequentem diem; quique illum erant comesturi, debebant accincti esse renibus, calcatei, manibus baculos gestantes, & festinantes. Comedebant autem soli Judaei, non vero alienigenae, nisi essent circumcisi. *Exod. 12.*

SACRIFICIA LEGIS MOSAICAE,

Eorumque RITUS IN GENERALI.

Triplex materia erat Deo designata, quae in Iudaeorum sacrificiis offerri debebat. Primo, Animalia; ut oves, caprae, haedi, boves, vituli, columbae, passeres, turture. Secundo, Fructus terrae, ut panis, simila, sal, thus, manipulus spicarum vicentium, & triticum. Tertio, Liquores, ut sanguis, vinum, oleum, aqua.

Dum fiebat Sacrificium ex animalibus, vocabatur hostia, seu victimam: quando ex terra frugibus, immolatio: dum ex liquoribus, Libamen, seu Libamentum. Modus offerendi varius quoque erat. Animalia offerentur mactatione, & combustione: Fructus terrae, immutatione: nam panis in frusta ferebatur: similia coquebatur, sal urebatur: thus adolebatur: manipulus spicarum torrebatur, triticum conterebatur. Liquores vero offundebantur.

Et quamvis carnes victimarum sepius venirent in usum sacerdotum, & populi, tamen sanguis semper effundebatur ad credidinem altaris, & adeps totus adurebatur. Videatur. *D. Thom. supra.*

RITUS IN PARTICULARI.

Holocaustum de Bobus.

Si holocaustum fuerit, ait Scriptura; ejus oblatio, ac de armento: masculinum immaculatum (hoc est, integrum, non mutilum, neque notabiliter deformem) offerret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum, ponetque manus super caput hostiae, & acceptabilis erit, atque in expiationem ejus proficiens. Immolabitque vitulum coram Domino, & offerret filii Aaron sacerdotes sanguinem ejus, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi: de trahatque pelle hostiae, artus in frusta concident, & subiciant in altari ignem, strae lignorum ante composita, & membra, quae sunt caesa, desuper ordinantur: caput videlicet, & cuncta, quae adherent jecori, intestinis, & pedibus lotis aqua, adolebitque ea sacerdos in holocaustum super altare, & suavem odorem Domino. *Lev. 1. v. 3.*

Holocaustum pecorum.

Quod si de pecoribus oblatio est de ovibus, sive de capris in holocaustum, masculinum absque macula offerret, immolabitque ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem, coram Domino. Sanguinem vero illius fundent super altare filii Aaron per circuitum, dividenteque membra, capus, & omnia, quae adherent jecori, & imponent super ligna quibus subiciendus est ignis. Intestina vero, & pedes lavabunt aqua, & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suavit. Domino. *Ibid. v. 10. & seq.*

Holocaustum Avium.

Sin autem de Avibus oblatio holocausti fuerit Domino, de turture, & pullis columbae, offerret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, & rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super cropidinem altaris, vesiculam vero gutturis, & plumas prociat prope altare ad Orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. Confringetque acellas ejus, & non secabit, neq; ferro dividet eam, & adolebit super altare, igne lignis supposito. Holocaustum est, & oblatio suavitissimi odoris Domino. Erat autem holocaustum avium, quod a pauperibus offerrebat, ut constat. *Lev. 12. Ibid.*

Hostia pacifica.

HOSTIA PACIFICAE ritum Moyses describit hac forma verborum. Quod si hostia pacificorum fuerit ejus oblatio, & de bobus voluerit offerre marem, vel feminarum, immaculata offerret coram Domino; & ponetque manus super caput victimae suae, quae immolabitur in introitu tabernaculi testimonii, fundenteque filii Aaron sacerdotes sanguinem per altaris circuitum. Et offerret de hostia pacificorum in oblationem Domino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus: duos renes, cum adipe, quo teguntur illa, & reticulum jecoris, cum reniculis: adolebuntque ea super altari in holocaustum, lignis igne supposito, in oblationem suavitissimi odoris Domino. *Lev. 3.*

Poterat autem haec hostia etiam offerri ex ovibus, & capris, eodem ritu: nisi quod cum erit ex ovibus, & offerretur Agnus, cauda etiam tota incendebatur Domino.

Plura vero concernentia hoc sacrificium require *Lev. 7.*

SACRIFICIUM PRO PECCATO.

SACRIFICIUM pro peccato variabat personis, hostiarum genere, & causis offerendi. Personis, quia aut pro peccato pontificis offerret, aut totius populi, aut principis, aut plebei.

Hostiarum genere, quia aut vitulus offerret, aut hircus, aut capra, aut vacca, aut agna.

Causa offerendi, quia aliter offerunt, qui per ignorantiam peccant, aliter qui scientes, & volentes.

Vitima peccantis Pontificis.

Animamque peccaverit per ignorantiam, & de cunctis mandatis Domini, quae praecipit, ut non fierent, quicquam fecerit: si sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinqueret faciens populum, offerret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino. Et adducet illum ad ostium tabernaculi coram Domino, & ponetque manus super caput ejus, & immolabit eum Domino. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii. Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eum septies coram Domino contra velum sanctuarii, & ponetque de eodem sanguine super cornua altaris Thymiamatis, gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii, &c. *H. Levit. 4. v. 2.*

Vitima populi peccantis per ignorantiam.

Eodem modo hic fit, prout in oblatione pro peccato Pontificis, nisi quod Pontifex in illo manum ponebat super caput vituli: in hoc autem ponebat Seniores populi. *Ibid. v. 11.*

Pro peccato Principis per ignorantiam. PRINCEPS per ignorantiam peccans, offerret hostiam Domino, hircum de capris immaculatum, & ponetque manus suas super caput ejus: cumque immolaverit eum in loco, ubi mactari solet holocaustum coram Domino, qui pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiae pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim ejus. Adipem vero adolebit supra, & fiet in victimis pacificorum sieri solet. Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccatis ejus, & dimittetur ei. *Ibid. v. 22.*

Pro peccato plebei sive dominis per ignorantiam. Plebejus vero Scriptura, dicitur populus terrae. Fit pro illo sacrificium ritu eodem, quo hircus offerretur pro peccato Principis. Offerret tamen foemina dumtaxat, non marem. *Supra, vers. 27.*

Pro peccato per ignorantiam contra ceremonias.

Si quis Ceremonias facerum per ignorantiam violaret, v.g. oleum, aut cibos Deo dicatos comederet, quibus solis sacerdotibus uti fas erat, offerre jubetur arietem. *Levit. 5. c. 17.*

De peccato sine ignorantia commissio.

ANIMA, quae peccaverit, & contempto Domino negaverit proximo suo depositum, & c. & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, pro peccato suo offerret arietem immaculatum de grege, & dabit cum sacerdoti juxta mensuram aestimationemque delicti. Qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur ei pro singulis, quae faciendi peccavit. *Levit. 6. vers. 1. & vide c. 10. vers. 25.*

DE JUGI SACRIFICIO.

Quale Sacrificium istud sit, & e quo nomine appelletur, docet Scriptura, *Numer. c. 28.* Haec sacrificia, quae offerre debentur: agnos anniculos immaculatos duos, quotidie in holocaustum sempiternum, unum offerretis manum, & alterum ad vesperam; decimam partem Oephi similiae, quae conferta sit oleo purissimo, & habeat quartam partem Hin. Holocaustum jugae est: quod obtulisset in monte Sinai, in odorem suavitissimi incensi Domino: & libabitis vini quartam partem hin, per annos singulos in sanctuario Domini. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam, juxta omnem ritum sacrificii matutini, & libamentorum ejus, oblationem suavitissimi odoris Domino.

Offerretur autem publicis impensis hoc sacrificium, ut testatur *Isaias lib. 3. Antig. c. 10.* idque omni die, quamvis alias solemni. Et quia jugiter omnibus diebus offerrebat, dicitur jugae sacrificium.

* SACRIFICIA SOLEMNITATUM.

SACRIFICIUM SABBATHI.

DIE autem SABBATHI offerretis duos Agnos anniculos immaculatos, & duas Decimas simile confecta oleo in sacrificio, & liba, quae ritae funduntur pro singula Sabbathata, in holocaustum sempiternum. *Num. 28. v. 9.*

Sacrificium Neomeniae.

In Calendis autem offerretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similiae oleo confecta per singulos vitulos: & duas decimas similiae oleo confecta per singulos arietes: & decimam decimam similiae ex oleo in sacrificio per annos singulos. Holocaustum suavitissimi odoris, atque incensi est Domino.

Libamenta autem vini, quae per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt. Media pars hin per singulos vitulos: tertia per arietem: quarta per agnum. Hoc est holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt. Hircus quoque offerretur Domino pro peccatis. *Ibid. v. 11.*

Sacrificium Paschae, & azymorum.

Mense primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit: & quintadecima die, solemnitatis Septem diebus vellentur azymis.

Quarum dies prima venerabilis, & sancta erit: omne opus servile non facietis in ea, offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: & sacrificia singulorum ex similia, quae conferta sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimam per annos singulos id est, per septem annos. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro foetis, praeter holocaustum matutinum, quod semper offerretis. Ita facietis per singulos dies septem diem in fomite ignis, & in odorem suavitissimi Domino, qui farget de holocausto, & de libationibus singulorum, &c. *Ibid. v. 16.*

Sacrificium Pentecostes.

De hoc ita legitimus. Numerabitis ergo septem hebdomadas plenas, id est, quinquequaginta dies, & sic offeretis sacrificium novum Domino, ex omnibus habitaculis vestris panes primitiarum duos, de duabus decimis similiae fermentatae, quos coqueatis in primitiis Domini. Offeretisque eum panibus septem agnos anniculos immaculatos: & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis in odorem suavitissimi Domino. Facietis & hircum pro peccato, & duoque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque elevaverit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in usum ejus. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum. *Lev. 23. v. 15.*

cato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque elevaverit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in usum ejus. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum. *Lev. 23. v. 15.*

Sacrificium Festi Tabularum.

Mensis septimi prima dies venerabilis, & sancta erit vobis. Omne opus servile non facietis in ea, qui dies clangor est, & tabularum. Offeretisque holocaustum in odorem suavitissimi Domino. Vitulum de armento unum, & agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorum similia oleo confecta tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, unam decimam, per agnum, qui simul sunt agni septem, hircum pro peccato, qui offerretur in expiationem populi, praeter holocaustum calendarum, cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum, cum libationibus solitis. *Lev. 23. v. 24.*

Sacrificium Festi Expirationis.

Cum priori convenit, praeterquam quod praeter hircum pro peccato, debuerit offerri primo vitulus, cuius sanguis inferebatur in sanctuarium, secundo, hircus alius, super quem Sacerdos confitebatur peccata populi, & sic emittebatur in desertum. *Lev. 16.* Tertio, iuge sacrificium. *Idem. Vide Lyran. c. 19. in Nu.*

Sacrificium Scopopogiae, seu Tabernaculorum.

A quinto decimo die mensis septimi erunt feria tabernaculorum septem diebus Domino. Septem diebus offerretis holocaustum Domino. Primo die offerretis vitulos de armento 13. arietes 2. agnos anniculos immaculatos 13. & in libamentis eorum similia oleo confecta tres decimas per vitulos singulos, duas decimas arietibus duobus, & decimam decimam singulis, & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine ejus. In die altero offerretis vitulos de armento 12. &c. Die tertio vitulos undecim, &c. & sic deinceps. *Lev. 23. Num. 29.*

Sacrificium Censur, atque Collectae.

Celebrabatur hoc transactis septem diebus Tabernaculorum, octavo die. De quo ita faceret scriptura. Dies quoque octavus erit celeberrimus, & offerretis holocaustum Domino. Est enim ceterus, atque Collecta. Die octavo offerretis vitulum unum, agnos anniculos immaculatos septem, sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos ritae celebrabitis: Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque, & libamine. *Lev. 23. Num. 29.*

* SACRIFICIO VETERUM IGNIS.

Ejus Origo, & effectus.

DE IGNE, quo in sacrificiis utebantur Sacerdotes, constat ex S. Scriptura, fuisse quandam ignem caelitus datum, qui consumpsit sacrificium Abelis, ut docent cum *Procopio Hieron. Cyrill. & alii*: atque exinde intellexit Cain, placuisse Deo oblationem Abelis.

Sic postquam AARON sacerdos consecratus fuit a Moyse, anno scilicet secundo egressus filiorum Israel ex Aegypto, omnibus ad sacrificium offerendum paratis dicitur *Lev. 9. v. 24.* Egredius ignis a Domino devoravit holocaustum, & adipem, qui erant super altare. Quod cum vidisset turba, laudaverunt Dominum.

DE GEDEONE priusquam in ducent populi confluerent, narrat liber *Jud. c. 6. v. 21.* quod iustus ab Angelo preparate victimam ad offerendum, ceperit haddum, & azymos panes, carnefque ponens in canistro, & azymos panes in ollam tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. Cui dixit Angelus Domini. Tolle carnes, & azymos panes, & pone supra petram illam, & jus desuper funde. Quod cum fecisset, extendit Angelus summittatem vigae, quam manu tenebat, & tetigit carnes, & azymos panes, ascenditque ignis de petra, & carnis, azymosque panes consumpsit.

ELIA contendente cum Prophetis Baal, & hanc conditionem proponente, qua probaretur, quis pro Deo habendus, & adorandus foret: Ego remansi Prophetas Domini solus, Propheta autem Baal quadringenti, & quinquaginta viri sunt. Dentur nobis duo boves, & illi eligant sibi bovem unum, & in frusta cadentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bovem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Invocate nomina deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Domini Dei mei: & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Igitur conditione impleta ait Scriptura: Ad orationem Eliae cecidit ignis Domini, & voravit holocaustum, & ligna, & lapides, pulverem quoque, & aquam, quae erat in aqueductu lambens 3. *Reg. c. 18.*

Rex DAVID edificavit altari in loco area, quam ab Ornam accepit, obtulit holocausta, & pacifica, & invocavit nomen Domini: & exaudivit eum in igne de caelo super altare holocausti. 1. Paralip. c. 21. vers. 26.

Ejus filius SALOMON edificavit augustissimo illo Templo, postquam complectet, & preparavit victimam, ignis descendit de caelo, & devoravit holocausta, & victimas, & majestas Domini implevit templum. 2. Paralip. c. 7. vers. 11.

Etiam tempore NEHEMIE sacerdotis testatur lib. 2. Mach. c. 1. vers. 22. quando sacrificia aqua aspersa erant, & ligna, & quae erant superimposita, resutit sol, qui erat in nubilo, & accensus est ignis magnus, ita ut id omnes mirarentur.

Duratio.

Debit hic ignis perpetuo nutrir, & conservari a Sacerdotibus, ne deficeret. Colligitur ex Levit. ubi cap. 6. vers. 12. legitur: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies. Itaque a secundo anno egressione ex Aegypto fuit servatus in altari Tabernaculi usque ad tempus Captivitatis Babylonicae, quo & templum incensum, & Judaei in Babylonem captivi abducti sunt. Tunc enim in puteo quodam abscondit fuit. Ita enim Liber Machab. 2. cap. 1. Cum in Persidem decerentur Patres nostri, Sacerdotes; qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus, & siccus, & in eo conlati sunt eum, ita ut omnibus esset ignotus locus.

At soluta captivitate, jubente Nehemia, quaesitus est ignis a nepotibus sacerdotum, qui cum absconderant, at eius loco repererunt aquam crassam, quae divinitus, oblato sacrificio, rursus in ignem mutata fuit. Ideoque in tanti mirati memoriam Judaei annuam celebrantur festivitatem, quam diem dati ignis appellaverunt. Eodemque igne, restaurato Templo, usi sunt in sacrificiis.

Contemptores puniti.

Non poterant Sacerdotes alio igne uti ad sacrificia, quam isto. Ob id NADAB, & ABIHU filii Aaronis a Deo puniti sunt, quod alieno igne usi essent. Ita enim in Levitico legitur: Atrepitque Nadab, & Abihu filii Aaron thuribus, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis praecipit non erat. Egressusque ignis a Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino. Lev. c. 10. vers. 8. D. Aug. q. 31. super Levit.

Consule Locum de Igne.

Sacrificiorum carnerum Ritus, & Ordo.

C. SACERDOS Carnes victimae cremandae imponebat Altari, deinde ex similia, oleo, & sale condita, & commista, pugillum tollebat, cunctis cremandae victimae imponebat, simulque super victimam vinum effundebat. Denique thus simile imponebat: mox subiecit ignem, & victimam cum hisce suis libaminibus Deo adolebat, & cremabat. Colliguntur haec ex Num. c. 15. vers. 4. & sequ.

Ritus adolendi Thymiana.

SACERDOS offerens thymiana, primum ibat ad altare holocaustorum, ex cuius comibus pendebant thuribula, igniumque receptacula. inde capiebat unum thuribulum, atque in eo prunas ignis, quas ex altari holocaustorum accepit, reponerat. Deinde intrabat Sanctum, ibique accipiebat thymiana ex thuribus, quae erant supra mensam panum propositionis, illudque imponebat suo thuribulo, & igni: mox hoc suum thuribulum, cum igne, & thymiana, ponebat super altare thymiamatis, & adolebat ibidem, & conburebatur thymiana: quo consumpto tollebat sacerdos suum thuribulum, & atque egrediens extra castra, illud evacuabat, cineresque loco mundo effundebat: ac denique referebat thuribulum ad altare holocaustorum, suspendebatque ex cornibus, unde sustulerat, Cor. d. Lapide in Exod. c. 30. vers. 6. & citat Abul. q. 7.

DE ALTARI.

Vide Altare.

In lege naturae, NOE, ABRAHAM, ISAAC, & JACOB leguntur Domino crexisse altaria, id est, altas aras, in quibus offerrebat sacrificia: erantque ea vel ex lapide, vel ex terra, ut constat superioribus exemplis, & locis Scripturae ibi annotatis.

In lege Moisaica extructo per Moysen tabernaculo: & a Salomone templo illo augustissimo, duo reperimus fuisse Altaria.

Unum Altare Thymiamatis, in quo thus, & alia odoramenta incensebantur. Diciturque altare incense: & de hoc legitur Exod. c. 30. Debulis extrui ex lignis Sethim in quadrangulum cubiti: altitudine duorum cubitorum: erantque cavum, testum craticula, & quatuor cornua velut obelisci erigebantur, quae altare sustinebant.

Alterum altare holocausti descriptum Exod. c. 27. vers. 28. Insuper de lignis Sethim, operatum aere, longum cubitos quinque, & totidem larum, altum tres, habebatque 4. cornua ut prius, erantque cavum, ac 4. annulis portabatur. Offerrebantur autem in illo omnes victimae: quamvis a digniori, id est, holocausto, nomen accepit; & paulatim ad illud ascendebatur.

* SACRIFICIORUM VETERUM

Locus Varius.

De Legis naturae Sacrificiis paulo ante commemoratis, constat ea oblata in certo loco: nunc in itinere, nunc in mediis Campis, prout occasio, & offerentis devotio fuadebat.

Immo inter epulas sacrificia fidei xvi fideles res est clara. Nam & Hebraei egressum ex Aegypto, in ultimam aeternam, quam ibidem peregrinabant, immolabant, & comederunt Agnum Paschalem, quomodo etiam Christus in ultima coena idem praestitit; & novum sacrificium insinuat.

Post datam legem per Moysen a Deo, unico duntaxat loco immolari sibi volebat Deus: Nempe in Tabernaculo, quod in deserto constructum erat ipso jubente, & formam praescribente, eratque illi per templum, & per diversa loca, annis CCCCLXXX. quando Templum aedificatum a Salomone, portatum fuit.

Interim pacata ab hostibus terra, fixerunt illud in Silo, urbe in forte tribus Ephraim. 1. Reg. c. 18.

Manfit in Silo ad usque tempora Helcanae patris Samuelis. 1. Reg. c. 1. Ubi legitur ille ascendisse de civitate fidei stutis diebus, ut adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Immo usque ad annum, quo Heli sacerdos mortuus est, 1. Reg. c. 4.

De Silo ablatum est Tabernaculum cum Arca a Palaestina in Azotum: quando Hebraei ab illis superabantur, & collocatum in Nobe civitate Sacerdotum, ubi erat, cum David fugiebat Saul. 1. Reg. c. 21.

Inde venit in Gabaon: urbem Tribus Benjamin, tribus leucis a Hierusalem. 1. Paralip. c. 21.

Manfit hic, donec Arca translata fuerit a Salomone in templum, tunc enim & tabernaculum illatum fuit, & portaverunt, ait Scriptura, arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarum, quae erant in tabernaculo. Lib. 3. Reg. c. 8.

Sed & Tabernaculum, & Arca manserunt in templo, donec a Chaldeis destructum fuit. Tunc enim a Jeremia servata sunt in spelunca. Lib. 2. Mach. c. 2.

Itaque tunc populus adorasse, & adolevisse subinde existimatur in montibus, & locis excelsis ante templum aedificatum. Quod tamen postmodum a Deo vetitum. Unde laudantur Ezechias, & Josias Reges, quod Excelsa abstulerint, quod & Davidem fecisse constat.

TEMPLUM restaurato, Judaei semper in eo oblationes suas fecerunt, juxta legem Domini. Loco nempe, quem is sibi elegerat.

Donec Jeroboam servus Salomonis, qui decem tribus separaverat, relicto duabus Roboam filio Salomonis, constituto novo Regno, timere cepit, ne decem illa tribus, quas sibi subjecerat, conjungerent se in alius, & verum Dominum Roboam, se relicto, agnoscerent, si quotannis in Hierusalem adoraturi excurrerent; consilium d. uos vitulos, unum in Bethel, alterum in Dan, iisque adolere incensum iussit, subditoque, ne alio abiiret ad sacrificandum, coeruit.

Post captivitatem Babylonicam, cum Rex Persarum Darius rerum potiretur, quidam Judaeus, Manafes nomine, praefectus Samariae, duxit filiam Gentilium, unde & Sacerdotio prohibebatur. At sacer. Sanaballetus, ne ob id divortium cum filia sua faceret, promisit se aedificaturum templum simile Hierosolymitanum, in monte Garizim, & in eo summum eisdem sacerdotum pollicetur. Praefat utrumque, & ex eo tempore Samaritani in hoc monte adorant, eaque de re movebat quaestionem apud Christum mulier illa Samaritana, Joann. c. 4. Narrat haec Mart. Bezan. opusculo de triplici Sacrificio. Ex quo pleraque haufimus, & citat Joseph. lib. 11. Antiquit. cap. 7. vers. 8.

JUDAEI tamen Hierosolymis in templo sacrificandum esse contendebant, & id magno zelo observant. Parentes Salvatoris nostri,

nostris, qui impletis diebus purgationis Mariae secundum legem Moysis, tulerunt eum in Hierusalem, ut sifterent eum Domino, & ut darent hostiam, in Hierusalem quod scriptum erat in lege Domini. Luc. c. 2.

Inter illos etiam, qui Philippo dicebant, Domine volumus Jesum videre, erant quidam Gentiles ex his, qui venerant, ut adorarent in die festo, ita etiam ad Gentiles istius loci religio se dilataerat. Joann. c. 16.

Unde & Eumachus Candacia Regina Aethiopum necerat adorare in Jerusalem. Act. c. 8. vers. 27.

Etiam Paulus festinabat, si possibile illi esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis. Act. c. 20. vers. 16.

Loci contemptus pœna.

Hanc infamat Moyses cap. 17. Levit. v. 1. Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bovem, aut ovem, five capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad osium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. Uno enim loco olim immolari volebat Deus, idque ad arcendum periculum, & suspitionem Idololatriae, & Ne Judaei ad hoc victim maxime proclives, in montibus, lucis, & cavernis, Deos Centium colerent.

Loci mutatio permessa.

Extra tabernaculum quosdam Deo ita permittebat, & inspirante, inquit S. Aug. q. 16. in Levit. obtulisse, ex Scripturis patet.

MANUE pater Samsonis, habita Angelica visione, & alloquio, ac promissione de filio sibi suscitando: Tulit haecum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia. Jud. 13.

SAMUEL quoque superato a Philistaeis Israele, ad Dominum confugit, eumque pro populo in Maspha deprecatus est. Tulit autem agnum lactentem unum, & obtulit illum holocaustum in regnum Domino: & clamavit pro Israel ad Dominum, & exaudivit eum Dominus. 1. Reg. c. 7.

Inde SAMUEL convocato omni populo in Galgala innovavit regnum: Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi Regem Saul coram Domino, & immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Ibid. c. 11. vers. 15.

Ipse insuper missus in Bethleem ad unguendum in Regem filium Isai David, cum timeret eum ire propter Saul, dicit Deus: vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Domino veni. Ibid. c. 16. vers. 2.

DAVID immolavit in area Ornan, eum deprecaretur Dominum pro averteunda peste a populo. 2. Reg. c. 24. vers. 18. Sed & Elias Propheta Domini immolavit in monte Carmeli, de quo supra, eum de igne egimus. 2. Reg. c. 18.

* De Vasis Sacris ad Sacrificia requisitis.

Omnia vasa, quorum usus fuit in Tabernaculo, & in Templo, explicantur Exod. 25. Parabis & acetabula, ac phialas: thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, & c. 27. facietque lebetes ad suscipiendos cineres, & foreipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula, omnia vasa ex aere fabricabis.

Acetabula erant parva vasa capientia octavam partem sextarii: prout Cyathi duodecimam.

Phialae erant vasa parva ad modum volae manus facta. Lebetes erant ollae ad cineres recipiendos.

Foreipes vertit Hieronymus Tridentis, quibus ignis dirigebatur. Vide, quae de his accurate conscripfit S. Hier. & hac de re Ribera & Soc. Jesu. Lib. 2. de templ. c. 22.

* Sacrificiorum Veterum qualitas, & fines varii. Scilicet, fuisse non solum Eucharistica: sed etiam propitiatoria, & imperatoria.

Fuisse Eucharistica, hoc est pro gratiarum actione oblata, exemplis demonstratur.

Peracto diluvio, cum jam cessasset aquae, & Noe egressus esset ex arca, aedificavit altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus mundis, & volucris, obtulit holocaustum: odoratusque est Dominus odorem suavitatis. Quod fecisse eum patrum ad placandum iratum Deum, patrum ad gratia ei referendum pro incoluntate praestita, ex historiae contextu docemur. Gen. 8.

Reverso ABRAHAMO a caede quinque Regum, Sodomique spoliat, & Loth fratre suo liberato, Melchisedech Rex Salem ei occurrit, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, & benedixit ei. Gen. c. 14.

JACOB post expletos annos servitutis apud Laban, cum L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Dei iustu rediret, cum uxoribus, liberisque totaque substantia, que cum contingebat, & ab Esau fratre suo benignè exceptus esset, Egreffus tabernaculis, aedificavit altare, & invocavit super illud fortissimum Deum Israel: cui pro felici successu tuo annorum, & liberatione e manibus Esau, gratias agebat. Gen. c. 33.

Egreffus filii ISRAEL ex Aegypto, praecipitur offerre Agnum Paschalem in sacrificio Domino suavitissimum, numque ritum annua solemnitate recolere, in memoriam tam memorabilis liberationis a tam dura servitute. Exod. c. 12.

REX EZECHIAS post abolitum idolorum cultum, aperto templo, restituitque Sacerdotibus, Dei cultum restauravit, oblati plurimis victimis, & hostiis, cum ingenti letitia. Lib. 2. Paralip. c. 29. vers. 30.

ISRAELITAE, qui cum Esdra de Babylone ascenderunt, indico jejunio, pro itinere directione Deum precati sunt, & postquam incolomes pervenerunt in Hierusalem, repositurum in templo vasa, quae attulerant, cum victimis, Deo gratias agentes pro beneficio liberationis. Lib. 1. Esdr. c. 8.

Caelo per manum JUDITH Holoserne Assyriorum Principe, venit populus in Hierusalem, victimas, & holocausta in gratiarum actionem Deo oblaturos, qui per manum feminae liberaverat populum suum. Judith. 16.

Post memorabilem victoriam, quam Duce JUDA Machabaeo fidelis populus adversus Gorgiam tulerat, fusoque I. Y. fise exercitu templum emundatur, erectoque altari sacrificia offerunt, magna quoque solemnitate templi dedicationem octo diebus celebrant. 1. Mac. c. 4.

Mortuo ANTOCHIO infensissimo Judaorum hoste, Judaei Hierosolymis habitantes confaribus suis in Aegypto manentibus per literas indicant, Deo gratias agant, & celebrentque dicem fenophagiae. 2. Marb. cap. 1. Refer. luc. Exempla 2. membri.

Fuisse Propitiatoria. Hoc est, ad placandum Deum, & remittenda peccata viventium.

In lege Naturae, ut nihil dicamus de sacrificio pro Noe, diluvio peracto, oblato S. Jo. quotidie offerrebat sacrificium pro peccatis filiorum. Cap. 1.

Deus quoque jubet, ut amici Job pro peccato suo offerant sacrificium. Cap. ult.

Denique praecipitur, & praescribuntur a Deo varia sacrificia, & ritus pro peccato, prout supra demonstratum est, ex c. 4. vers. 8. Levit. & consolat. 1. Reg. c. 7.

DAVID postquam peccasset contra Deum numerando populum, & immisisset Deus pestilentiam in populo, constituit altare in area Ateuna Jebusae, & obtulit sacrificium, & miseratus est Dominus populi, & cessavit plaga, Regique omne peccatum remissum fuit. 2. Reg. c. 24.

Fuisse propitiatoria pro Defunctis.

JUDAS, ac Duces ipsius: divino freti auxilio, feliciter pugnaverant adversus ingentem hostium exercitum. Et memor eorum Judas, qui prostrati fuerant, facta collatione 12. mille drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. 2. Mach. c. 12.

Erat etiam institutum sacrificium pro peccato, ubi proclive est etiam accipere peccatum tam vivorum, quam mortuorum. Fuisse imperatoria beneficiorum spiritualium, & temporalium.

ABRAHAM de terra, & cognitione egressus, postquam pervenisset propè Bethel, aedificavit altare, & invocavit nomen Domini Gen. c. 12. quod & fecit c. 13. vers. 15. Indubie, ut Deus sperum faceret iter, & conatus suos in pace, & benedictione dirigeret. Offerendo filium suum unigenitum, Dei amicus factus est, & accepit insignem illam promissionem de multiplicando semine, & posteritatis felicitate. Cap. 22. ibid.

Etiam MOYSES in montem Sina ascendens, populum oblati Domino sacrificiis preparavit, ut tanto magis idonei essent ad recipiendam legem. Exod. c. 24.

GEDEON oblatis Deo sacrificiis, varia signa accipit, quibus auxilium Dei adversus Madianitas indicatur. Judic. c. 6.

Completo magifico templo a SALOMONE extructo, immolavit in eo victimas, & majestas Domini replevit templum. 3. Reg. c. 8.

ELIA offerente sacrificium, & caesis sacerdotibus Baal, adduxit Deus pluviam grandem. Ibid. c. 18.

Oblatis mille hostiis a SALOMONE in Gabaon, Dominus illi nocte apparet, eique petam sapientiam largitur, additis divitiis, & gloria, quae non petiverat. 2. Paralip. c. 1.

A * De vestibus Sacri. Vide de Rationali. Loco proprio. Vestimenta sacra, quorum usum olim Deus in sacrificiis præcipit, hæc sunt. Rationale, & superhumale: Tunica stridita: Cidarit, & baltheus. Debebant confici ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Exod. c. 28. & 39.

Ibidem etiam præcipitur Sacerdoti facere *feminalia linea*: quæ dicit Josephus, fuisse bysso retorta, sive duplicata. Eratque usus feminalium ad celandas partes verendas: & attingebantur parte superiori sub umbilico, & ad usque poplites descendebant.

Insuper *Zona stridita* illa jungitur, quam induebant super femalia, ut Josephus testatur, & habetur Exod. c. 28.

Cidarit, sive *Mitra*, aut pileus Sacerdotis, erat rotundus, ut Hieron. ait, & habebat coronulas quasdam, inquit, *Beda*, quod tamen intelligit *Ribera*, locum habuisse in summis sacerdotibus: immores autem gestasse eam sine coronis. Erantque tria hæc indumenta inferiorum sacerdotum.

Atque præter hæc, quæ communia illis erant, Pontifices habebant vestem *Tunicam lineam*. Erat hæc ex lana violacea, quæ veteribus pretiosa erat, & simbarum ejusdem coloris habebat atextam, ac deorsum per circuitum iussit Dominus appendi tintinnabula, & mala punicæ alternatim, quæ Hieronym. existimat fuisse utrimque 72.

B *Superhumale sacra*, quod & *Ephod* dicitur, fieri iubetur ex auro, &c. & habebat manicas integras, & portendebatur usque ad cingulum, ac zona constringebatur: eratque habitu thoracem referens. De ornatu illius Josephus multa particulatim annotavit: nempe quod in utroque humero erant Sardoniches, quibus insculpta erant nomina filiorum Israel, in unoquoque lapide scna, quod etiam colligitur ex Exodo.

Rationale erat duntaxat ornamentum superhumale, de quo eod. v. 17. Jubeat autem Deus illud fieri ex auro, purpura, hyacintho, &c. utque sic quadrangulum, & duplex, & mensuram palmi in quadro habeat. Et annexebatur catenulis aureis, & annulis per singulos angulos ipsi superhumerali. Unde & duplex, i. duplici tela contextum erat, ut pondus gemmarum posset sustinere, quæ in eo ponebantur, de quibus v. 18. hoc eodem c. Moyles, quibus nomina filiorum Israel insculpebantur.

Zona sive baltheus Pontificis, erat operis plumarii: hoc est variorum colorum, illorum nempe, quibus Ephod constabat. Ut habetur Exod. c. 39.

C *Tiara*, Pontificis præ communi sacerdotum, qui pilcolum lineum gestabant, hoc habebat, quod in fronte constringeretur vitæ hyacinthina: & super pileum eminebat lamina aurea in circuitu, tribus coronis adornata: eratque ei insculptum nomen Dei ineffabile, habebatque eminentes calciculos aureos, ut notavit *Ribera*, lib. de vestib. sacris. c. 14.

Tropologicam significationem horum vestium Quære in Loco de sacerdote.

* SACRIFICIUM LEGIS GRATIÆ, EJUSQUE PARTITIO.

Duplex Sacrificium in lege gratiæ agnoscimus: unum CRUENTUM, alterum INCRUENTUM.

Cruentum est, quod in ara Crucis oblatum est, quando Christus pro expiatione peccatorum nostrorum voluntarie oblatum fuit Deo Patri, factus Sacerdos, & hostia, etque semel duntaxat factum.

D Incruentum, quo idem Christus quotidie in Ecclesia offertur sub speciebus sensibilibus panis, & vini in altari, & durabit usque ad finem mundi.

Cruenti Sacrificii Typi, seu Figure.

Ad utrumque hoc sacrificium (quæ tamen si rem oblatam spectemus unum, & idem sunt: nam utrobique res oblata est Christus Dominus, quamvis quoad ritum, & modum offerendi sine distincta) præfigurandum omnia sacrificia vetera ordinata sunt: Lex habuit, ait Apost. Hebr. 10. umbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem.

Itaque cruenti sacrificii illustris figura fuit, Immolatio Isaac unigeniti, quem diligebat ABRAHAM, Gen. c. 22. Sic Deus pater obtulit unigenitum suum Christ. m., juxta illud Joan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret, & docet August. serm. 61. de tempore.

ISAAC fuit obsequentissimus Patri in te tam ardua: Etiam CHRISTUS fuit obediens Patri usque ad mortem, & mortem

autem crucis. Isaac portavit ligna super humeros: Ita Christus lignum crucis. Isaac non fuit mactatus, sed aries pro illo substitutus: Christus secundum divinitatem nihil passus est, sed tantum secundum humanitatem. In B. Isaac, inquit, Aug. supra significata est divinitas, in ariete humanitas Christi. Alligatus fuit Isaac super frutem lignorum collocatus: ita & Christus vincitus, & cruci affixus fuit.

Quinimo plerique tenent, eodem loco utrumque Sacrificium accidisse, ut ex Hier. testatur Aug. supra.

Secunda Figura fuit immolatio Agni Paschalis: per cuius immolationem, & asperisionem sanguinis ejus super postes, & liminaria, Israelitæ liberati sunt a servitute Ægypti, & Pharaonis. Ita Pascha nostrum immolatus est Christus: & per ejus immolationem, & sanguinis effusionem, liberati sumus a servitute peccati. Alias hujus figuræ similitudines præterea: quæ alioquin plures sunt, & illustres.

Omnia denique holocausta, & animalium sacrificia, hujus figura fuerunt, quod non obscure indicat Apostolus. Si enim sanguis hircorum, & taurorum inquinatus sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

sive

Incruento. Alias Figura.

Præcipua hujus figura fuit oblatio MELCHISEDECH, qui panem, & vinum obtulit in gratiarum actionem Deo. Gen. cap. 14. erat enim Sacerdos Dei altissimi. Eoquis magis rogat? D. Cyr. lib. 2. Epist. 3. ad Cæciliam, Sacerdos Dei summi, quam Dominus nosse JESUS CHRISTUS, qui Sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, panem, & vinum, suum scilicet corpus, & sanguinem? Vocatur enim Christus Sacerdos in æternum, secundum Ord. Melchisedech: ergo debuit Melchisedech aliquid peculiare habuisse, & proprium, in quo esset figura Christi, quod alii sacerdotibus non habuerunt, neque id aliud fuit, quam oblatio panis, & vini: & in hac fuit typus, & figura Christi.

AGNUS PASCHALIS quoque hujus Sacrificii insignis exitit figura, in quantum ille comedebaratur a Judæis solis, & circumcisis: sic & Christus in Sacramento Eucharistiæ a solis Christianis, & baptizatis comeditur: immo in ipso sacrificio postquam oblatum est, a sacerdotibus sumitur. Alias similitudines videat Lector apud Bellar. & Galios.

Hoc notandum, Christum eodem tempore sumpto Agno Paschali instituisse Eucharistiam; veritatem umbræ superaddens, quomodo dicit Chryso. hom. de prod. Jud. 10. 7. In eodem mentium utrumque Pascha, & typi, & veritatis celebratum est.

Post datam legem in monte Sina, pepigit Deus fœdus cum Hebræis, quando ipse multa sibi bona promisit, & ipsi vicissim illi obediunt. Hoc autem fœdus sancitum fuit solemnibus sacrificiis, & asperione sanguinis, his verbis: Hic est sanguis Testamenti, quod mandavimus vos Deus. Exod. c. 24. & ad Heb. c. 9. Figura hæc in ultima Cæna impleta est in institutione Sacramenti Eucharistiæ, facta iisdem verbis, ut Luc. c. 22. & Paul. 1. Cor. 11. testantur. Unde & Tert. lib. 4. in Marc. In calcis mentione, inquit, testamentum constituit sanguine suo obfiguratum. Sicut ergo sanguis Testamenti veteris apud Moysen erat sanguis victimæ jam immolata, & verè, ac proprie sanctificata: sic etiam sanguis Testamenti novi apud Christum, & sanguis victimæ immolata, ac verè, & proprie sanctificata. Est autem sanguis ille ipsius Christi sanguis: dicit enim. Hic est sanguis meus: ergo ipse fuit figura Sacrificii immolata, & sanctificata.

Junge Sacrificium, de quo ante, etiam fuit figura Sacrificii nostri, quod quotidie offertur.

Incruenti Sacrificii Promissiones, & Propheciarum vaticinia.

Sacrificium nostrum, inquit Augustinus, non solum evangelicis, sed & prophetis libris demonstratum est. Prædicitur Hæc Sacerdoti a quodam Propheta immolato, futurum aliquando tempus, ut esset Sacerdotium ipsum, & patrum suorum, surgatque novus Sacerdos, qui ambulat coram Christo Deo omnibus diebus: quod vaticinium de Sacerdotio, & sacrificio Christianorum, quod Aaronico successit, & ad sæculi consummationem duraturum est, accipit Cyr. lib. 1. cont. Judæos cap. 17. Aug. 1. 17. Civit. cap. 4. & plures alii.

A 2. Vaticinium est SALOMONIS in lib. Proverb. ubi cap. 9. dicit: Sapientia edificavit sibi domum, immolavit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam suam. Per Salomonem ait D. Cyrillanus lib. 2. epist. 3. Spiritus sanctus tyrum Domini sacrificii præmonstrat immolata hostia, & panis, & vini, sed & altaris, & Apostolorum faciem mentionem.

3. Est ISALÆ, qui cap. 19. dicit: Cognoscet Ægyptii Dominum in die illa, & colent eum in hostiis, & muneribus. Cum ergo lex sit translata, ex eo quod sacerdotium translatum est, nam apud Ægyptios, id est, Gentiles, sacrificia Deo vero offeruntur: debet intelligi Propheeta locutus de Sacrificio legis Evangelicæ.

4. Est DANIELIS, qui cap. 8. vers. 11. & cap. 12. vers. 11. prædicit, fore ut Antichristus in fine mundi auferat iuge Sacrificium Christianorum: quemadmodum Antiochus abtulit iuge Sacrificium Judæorum. Sicut enim Antiochus fuit figura Antichristi, ut colligitur ex Daniele cap. 11. & Apocalyp. 13. ita iuge Sacrificium Judæorum figura fuit Sacrificii Christianorum. Ita Hippolytus Martyr, lib. de Antichristo.

B 5. Est, idque luculentissimum MALACHIÆ: qui prædixit, Sacerdotes Christianos oblaturos Deo mundum Sacrificium omni tempore, & præferat ob id illos Sacerdotibus Moisaicis cap. 1. vers. 10. Non est Mihi voluntas in vobis (o Sacerdotes) dicit Dominus exercituum, & munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis uque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, &c. Præmiserat, Sacerdotes Judæorum offerre panem pollutum, versu 6. hoc est contra legem præsertim factum. Per oblationem mundam intelligunt omnes Catholicis Sacrificium, quod in nova Legge sub specie panis, & vini offertur. Loquitur enim Malachias de nova oblatione. Ita Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone adversus Judæos. De nostris scribit, quæ in omni loco offeruntur, sacrificia, hoc est, pane Eucharistiæ, & poculo similiter Eucharistiæ, jam tum locutus Malachias, prædixit: quidem glorificat nomen ejus, vos autem prophetae: Vide Valentianum Tom. 4. disp. 6. quæst. 11.

Ex novo Testamento.

CHRISTUS Dominus in Evangelio quoque prædixit fore aliud novum Sacrificium proprie dictum, quod non est aliud, quam incruentum, ad ipso in ultima cæna institutum. Colligitur ex colloquio ejus cum Samaritana, quod habetur Joannis cap. 4. vers. 19. his verbis. Dicit ei mulier: Domine, video, quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerusalem est locus, ubi adorare oportet. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, & nunc est, quando adorabitis Patrem, neque in Jerusalem adorabitis Patrem. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Judæis est: sed venit hora, & nunc est, quando verè adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate. Loquitur loco præsentis Christus de solemnibus, & publica adoratione, quæ fit per sacrificium. Ita enim verbum Adorandi in Scripturis sæpe usurpatur Gen. 22. Joan. 12. Altor. 8. Cuique non sit aliud Sacrificium in nova Legge, quam Sacrificium Missæ, quod non certo loco, sed passim celebratur: non etiam de alio, quam de isto locutus est Christus.

* SACRIFICII MISSÆ INSTITUTIO.

D CHRISTUS Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, implens figuram Agni Paschalis, condensque Testamentum novum, in ultima cæna seipsum in specie panis, & vini obtulit Deo Patri; utque idipsum Apostoli facerent, præcepit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem, nempe, idem quod jam me facere videtur. Unde & verba illa, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: calix sanguinis, qui pro vobis effunditur, &c. significant dati corpus, & effundit sanguinem, non nobis, sed Patri Deo. Hinc Irenæus lib. 4. c. 32. Novi Testamenti novam docuit oblationem, & Chryso. homil. 24. in priorem ad Corinth. Probrutorum cæde seipsum offerendum præcipit.

Usus Tempore Apostolorum.

S. LUCAS in actis, postquam enumerat ordinationem Pauli, & Barnabæ, subiungit: Ministrabant autem illis Domino, & jejuniis, dixit Spiritus S. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Altor. cap. 13. Ministrantium autem, quibus meminit Lucas, aliud non est, quam Sacrificium, ut docet verbum Græcum λειτουργειν. Missa enim

Liturgia olim dicta: quare & Erasmus veterere ausus fuit, sacrificantibus illis, &c.

D. PAULUS hortatur Corinthios abstinere a cultura idolorum, corumque sacrificiis, dicens: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: Non potestis mensam Domini participare esse, & mensam demoniorum. Agnosceit Apostolus altare, in quo Gentiles sacrificant idolis, & aliud, in quo Christiani offerunt corpus, & sanguinem Domini.

Hinc idem Apostolus Christianorum infirmans dignitatem: Habemus, ait, altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Ubi altare, ibi sacrificium. Cum ergo habeamus altare, de quo edimus, non potest aliud intelligi, quam sacrificium, quod sub panis, & vini specie offertur. Epist. ad Heb.

Primi CHRISTIANI Apostolorum tempore Hierosolymis quotidie circa domos panem frangebant, etantque perseverantes in communicatione fractionis panis: hoc est, in sumptione panis Eucharistici, ut exponunt Veteres, quos retulimus Tir. de Eucharistia. Atruncquam eam communicationem factam nisi simul etiam fieret sacrificium, res est notissima, neque quisquam negaverit unquam Eucharistiam consecratam extra sacrificium Missæ, quamvis validè alter fieret. Ath. c. 20.

S. PETRUS Apostolus Antiochiæ Missam celebrasse, refert Hugo de S. Viatore lib. 2. part. 8. cap. ult. Rabbael Volaterr. lib. 11. Geographia in descript. Syria, dicit, Petrum in civitate Antiaradum, hodie Torlefa, sacellum Divæ Genetrix primum omnium excitasse, in eoque Missam celebrasse.

Pisis civitate Hetruriz, celebris est Basilica D. Petro sacra. Hanc a multis sæculis, magna accolarum Threni maris frequentia religiose visitat, quod traditione constantissima vulgatum sit apud illos, Petrum Apostolorum Principem, quinquæ, aut sex discipulis comitatum, eo in Italiam veniente apparuisse, & Missam celebrasse. In cuius rei testimonium exhibetur vetusta altaris pars, in quo celebrasse dicitur, una cum literis admodum vetustis: quas a se lectas, & visas, testatur Martinus Perefus Guisicenses Episcopus, lib. de divinis. Apistol. & Eccles. tradition. p. 3. considerat. 1.

S. ANDREAS Apostolus dixit Ægææ Proconsulii, Immaculatum Agnum quotidie in altari sacrificio, ejus carnes potestatemque omnis populus credentium manducaverit, agnus, qui immolatus est, integer perseverat, & vivus. Ex Epist. Presbyt. & Diacon. Acbaie.

S. JACOBUS Apostolus, Frater Domini, in Liturgia sua, ejus meminit. Synod. can. 33. ita deprecatur. Rogamus, ut Spiritus tuus adveniens sancta bona, atque gloriosa ejus præsentia sanctificet, & faciat hunc panem quidem corpus sancti Christi tui, & calicem hunc pretiosum sanguinem Christi tui. Item. Offerimus tibi incruentum sacrificium pro peccatis nostris.

S. MARTIALIS discipulus Christi Jesu, quem & in carne vidisse ferunt, ait: Sacrificium Deo Creatori offertur in ara, non homini, neque Angelo. Nec solum in ara sanctificata, sed ubique Domino offertur oblatio munda, sicut testatus est, ejus corpus, & sanguinem in vitam æternam offerimus. Epist. ad Burdigal. cap. 3.

S. ABELIAS Babyloniz Episcopus, Apostolorum discipulus, lib. 7. histor. cætanum. Apostol. à Joan. Gæstius citato. Cuique, ait, omnes respondissent Amen, & mysteria Domini celebrata, Missamque suscepisset omnis Ecclesia, retinuit se, ut juxta altare ubi corpus ab eo fuerat Christi consecratum, illic martyrium H. Apostolicum exultaret.

Similia testimonia de MARCELLO martyre, IGNATIO, DIONYSIO, & aliis, qui temporibus Apostolorum, aut paulo post vixerunt, enumerat Jo. Gæstius classe 1.

* CONTINUATIO POSTERIORIBUS SÆCULIS, VARIE ASSERTA.

Ac primum ex Voce Missæ. MISSÆ vox substantivè accepta idem est, quod Missio, vel Dimissio. Græci enim finita populi concione dicebant *missis* *αποστειναι*, quod etiam Latini faciebant dicentes: Ite Missa est, q. d. dimissio est. Cepit autem in Ecclesiis Latinis hæc vox usurpari pro Liturgia, sive actione Eucharistiæ, eo quod ante illam dimitti consueverant Catechumeni: vel quod ea peracta omnes dimittebantur. Unde totum Sacrificium Missæ appellatum fuit, à dimissione populi, ait Card. Bellar. Nisi & Missam dicamus, quod per eam vota nostra ad Deum mittantur. Sunt, qui vocem Hebraicam esse contendunt. De illius verò Antiquitate paulo post.

Olim autem Missa dividebatur, in Missam Catechumenorum, & Fidelium. Catechumenorum Missa erat officium lectionum, & aliarum precum, quod celebrabatur in Ecclesia in presentia Catechumenorum, qui eo peracto, dimittebantur: ceteris fidelibus manentibus in officio, seu oblatione, consecratione, ac communi, quae dicebatur Missa Fidelium, quae peracta: etiam illi dimittebantur.

B. Remigius crymon nominis Missa suggerit, eo quod populus in ea per ministerium Sacerdotis preces suas, & vota offerat, & tranfmittat. Quod Graeci *καταψυχας*, hoc est, sacrificium publicum, sive ministerium: Syri, qui quae Chaldaica lingua celebrant, *ܡܘܬܦܝܢܝܢ*. Sacrum appellant, Latini semper Missam dixerunt.

Testimonium AEDII BABYLONIORUM Episcopi, supra adduximus, vixit autem in tempore Apostolorum an. Christi 70. *Ambrosius lib. 4. epist. 33.* Ego ait, mansi in munere. Missam facere coepi, orare in oratione Deum, ut subvenire, &c. vide tom. 4. Orat. 1.

Augustinus serm. 97. de temp. in lectione inquit, quae nobis ad Missam legenda est, auditur sumus, &c.

Meminit eisdem vocis in eadem acceptione *Vilfrid. Uti- censis lib. 2. de Persecut. Vandolica.*

Cassianus lib. 3. de ordine divinarum orationum. Leo Pontifex Epistol. 81. quae est ad Dioscorum, & 88. ad Episc. German.

Gregorius M. lib. 1. Epist. 12. & lib. 4. Epist. 10. Concilium Romanum, sub Sylvestro I. Carthaginense II. can. 3.

Carthaginense IV. can. 84. Ex passim apud Auctores.

Ab usu, & ritu Altarium.

Altarium antiquitas, erectio, forma, in Lego veteri. Quare in *Evitea A. Trilium Altare: & supra Tit. De Sacrificiis Moisaicis.*

In Lege Evangelica semper fuisse usum Altarium, convincitur, primum ex Apostolo Paulo ad Hebr. Habemus altare, &c. quod vocat ad Corinthis Mensam Domini; quae testimonio paulo ante recensimus.

De Altari, cuius fragmentum exhibetur Pisis in Hetruria, in quo S. Petrus Missam celebrare traditur, supra diximus.

C. Etiam S. ANDREAS Apostolus se quotidie, in altari offerre Agnum immaculatum, testatur est *Leges Proconfuli, ut constat ex Epist. Presbyter. Achaiae.*

Inter Canones Apostolorum, est Canon. 3. & 4. qui apertis verbis meminerunt altaris ad Eucharistiam offerendam erecti.

Pontifices inter alia signa humilitatis, & conversionis olim, non tantum Presbyteris se adolvebant, sed & sacris Dei aris adgenuebantur, ut est testis *Tertull. lib. de Ponit.*

DE S. CYPRIANO legimus, quod venerit offerri sacrificium pro quodam defuncto, qui Presbyterum constituerat rerum temporalium procuratorem. Causamque hanc reddiderit: non esse dignum, pro quo sacrificetur, qui sacerdotem Dei ab altari abstraxisset. *Cyprian. lib. 1. epist. 6.*

Donatistas reprehendit *Opatus Milevitan. lib. 6. cont. Parmen.* quod altaria, in quibus & ipsi aliquando obtulerant, violarent, & diruerent, atque eodem loco, vocat altare, sed dem corporis Christi.

D. D. AMBROSIO de Sacrificio hoc verba faciens: Ego ait, Domine, memor venerandae passionis tuae, accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti. *Orat. prep. ad Missam.*

S. ANTONIUM, refert B. *Atbanasius in vita*, praevidisse futuram Arianorum perfectionem: atque hac visione permotum, quod in formis sibi representaretur imago malorum ferocientium, qui calcibus evertabant Christialtaria.

GORGONIAM forem laudat a religione, & zelo *Gregorius Nazianz. orat. in Gorgoniam*, quod solita ad altare se provolvere, & ante illud invocare eum, qui super illud coli, & adorari consuevit.

Quin tempore Juliani Apostatae, JULIANUS militia Praefectus, dictum factum! aram sacram in omnium conspectu micula fodavit, & graves impietatis suae panas dedit, uti diximus *Tit. de Altariis ex Hissor. Tripartita lib. 3. c. 12.*

S. VERO THARASTUS Archiepiscopus Constantinopolitanus, qui vixit anno 794. ut commemoratur in eius vita *Leontius Nicenus*, his verbis... Imperatores compellavit. Notum facimus coram Deo honorandae tuae purpure, quod intra

cancellos incruentae Mensae, in qua sacrificium magna hostiae Christi venerabiliter peragitur, non finemus amplius nobiscum vestram ingredi potentiam. *Baron. tom. 9.*

S. GERMANUS etiam in eadem urbe Episcopus, ann. 1343. hortatur his verbis Sacerdotes: Agnoscite, inquit, qui sacro altari affiditis, & incruentam victimam sacrificatis, quod vivas Christi passiones annunticatis. 1. *barer. c. 157.*

Concilium Nicaenum 1. meminit expressis verbis Altaris, vocans illud sacram mensam, in qua situs est Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Canon. 14. secundum alios, 18.

Et ut Veteres omnes praetereamus, quorum tamen testimonia magnum hac in re momentum habent: nulla unquam Christianorum templa ab Iconoclastis, sive veteris, sive proximè elapsi saeculi, diruta, vel eversa constat, quin in iisdem Altaria, sive mensas sacras constructas fuisse, pro comperio habemus. Usus autem, sive ritus Altarium arguit celebrationem sacrificii in nova lege: immo illud apta relatione inducit: neque enim alium ob finem altaria erecta, quam ut in his sacrificetur.

Ex ordinatione, institutione, & successione Sacerdotum.

Require Sacerdos, corundem antiquitas, munus, & ratio.

Ex veteribus Liturgiis, & vocibus, quibus Patres utuntur.

Plures multarum Gentium Liturgiis colligit *Georgius Cassander*. Nos veteres agnoscimus, Graecas quidem tres, quarum prima est JACOBI Apostoli, qui frater Domini appellatur, fuitque primus Hierosolymorum Episcopus; necatus anno Christi. LXXII.

Alterta est BASILII MAGNI, Caesarea Cappadociae Episcopi: eaque Cappadoces, & Syria bona pars usa creditur.

Tertia JOHANNIS CHRYSOSTOMI, ex presbytero Antiochae Episcopi Constantinopolitani, qua Ecclesia ipsius, & Graeci passim utuntur, eamque Latino sermone reddidit Erasmus post alios.

Meminit & Liturgiae CLEMENTIS, qui Apostoli Petri discipulus fuit, *Proculus, & Nictolaus Melton, Episcopus.*

Atque in Concilio Generali VI. ad quod CELESTINUS Episcopi convenerat Constantinopoli celebrato: ex Missis SS. JACOBI, & BASILII, errores Armenorum, & Hydroparatarum (quorum haecquam, illi vinum tantum in sacra mensa offerrebat) reselluntur.

Extat Latina Missa D. AMBROSII, paucis admodum variata a Communi Romana, qua sola Mediolanensis Ecclesia utitur.

Communi vero Romana, universa penè Occidentalis Ecclesia semper fuit usa, & etiamnum utitur.

Sive veteres Liturgias, sive recentiores attendamus, semper eo ritu mysterium Eucharistiae celebratum reperimus, ut vel ex eo appareat, sanctos Pontifices, qui Apostolus, eorumque successoribus in eadem fide, ac religionis cultu adhaerent, non aliam actionem, quam verissimam, & proprie dicti sacrificii intendisse, ac de eo nunquam dubitasse. Confirmat Catholicorum hac in re sententiam, quod frequentissime tam Graeci, quam Latini, quando de celebratione Coena Domini cae verba faciunt; utantur nominibus sacrificii, Hostiae, Victimae: item verbis offerendi, immolandi, sacrificandi, qui modus loquendi satis indicat, quid Patres sentierint.

Contenus Ecclesiae Apostolicae, Missa semper, & passim celebrata, variis locis, & temporibus Publice, & private. Miracula in illis exhibit.

EX S. SCRIPTURA.

Promiserat CHRISTUS sacrificii huius institutor, in tempore novae Legis non fore alligandum sacrificium certo loco, ut olim tempore Moyse, & Judaeorum sed in omni loco offerendum Deo sacrificium, quod ita etiam factum; ubique enim offerretur Deo incruentum Missae sacrificium, iuxta vaticinium Malachiae. In omni loco offerretur nomini meo oblatio munda. *Joan. cap. 4.*

Huc refer Exempla supra allegata de tempore Apostolorum.

Post quae tempora semper in Ecclesia fuit summo omnium consensu celebratum sacrum Missae sacrificium, quamvis in ritu, & ceremoniis illius nonnunquam per Rom. Pontifices quidquam fuerit immutatum, vel additum, principalis actioe semper eadem manente, quae in oblatione, & consecratione corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi sub visibilibus speciebus consistit. Et id quidem non uno, aut certo loco, aut

tempore sed pro opportunitate, nunc hoc loco, nunc isto nunc hoc tempore, nunc illo.

EXEMPLA HISTORICA.

Missa quando olim celebrata, & ubi.

Sacrificii huius institutionem a Christo ceptam in Coena hora diei vespertina, constat ex Evangelio.

Remansit ac consuetudo apud plures Ecclesias, ut etiam vespere, sed à jejunio idem sacrificium offerretur. Idque visitatum olim in Ecclesia Africana; auctor est *D. Cyprian. epist. ad Cecil.*

Idipsum de Ecclesia Alexandrina, sed post sumptum cibum notat *Sozomenus lib. 7. bist. c. 10.*

Etiam *B. Augustinus* meminit, id fieri solitum Feria V. in Coena Domini, idque à jejunio. *Epist. 118. ad Januarium.*

Ac meminit Vespertinatum Missarum *Concil. Agabense apud Gratianum de consecrat. dist. 3. c. convenit.*

Gracos quoque conficere, ac sumere consuevisse Sacramentum Eucharistiae ante cenam, jejunios, testis est *Greg. Nazianz. orat. in sanctum Baptistam.*

DAMASUS Pontifex ex canonis Niceni praescripto cavet, ne ante horam tertiam diebus festivis Missa celebraretur. *Baron. tom. 4. ad an. 382. n. 20.*

LOCUS.

In Oratoriis.

Quamvis Ecclesiae ad usum Sacrificii, quod in eis offerretur, potissimum conferentur, eaque proprius Sacrificii locus habeantur, posse nihilominus ex occasione, Missam extra Ecclesiam celebrari, docent historiae. Siquidem Christus in privato Coenaculo hoc sacrificium instituit, non in templo Hierosolymitano, & Apostoli frangebant circa domos pauperum. *Act. c. 2.*

Pius Papa Apostolorum temporibus proximus, ad Justum Episcopum Viennensem scribit, foretorem suam Euprepiam, titulum domus suae pauperibus assignasse, eo fine, ut ibidem Missae sacrificium offerretur, atque id ita factum, idem Pontifex fatetur. *Gab. tom. 1. Biblioth. SS. Patrum.*

Anno Dom. 732. GREGORIUS III. Pontifex, quod à Leone Isaurico Imp. videret non modò Sanctorum imagines, sed, & reliquias contempni haberi, Sanctorum omnium toto orbe reliquias conquisivit, & in Oratorio, à se in Ecclesia Apostolorum Romae constructo, honorifice collocari precepit: & in eodem loco Missarum solemnia à tribus monachis trium monasteriorum illic servientium, per ordinem existentibus celebrari instituit, eisque rei memoriam in tabula lapidea inscribi curavit, atque in eodem Oratorio affigi. *Walfrid. Strabo c. 22. de reb. Eccles.*

Gregorium Nazianzenum in exiguo Oratorio à se extracto sacrum scisse, scribit *Sozom. lib. 7. bist. cap. 5. lib. 9. cap. 8. & 9.*

In domibus privatis.

Persecutionis tempore Missas celebratas in privatis adibus olim, prout & modò apud religionis Catholicae hostes, pro comperio est. Et utalia omittamus, GREGORIUS Papa II. monuit per Epistolam Joannem Episcopum Syraculanum, ut omni conatu cum Venantio praefecturam illic gerente, conaretur in gratiam redire. Immo & si opus, Missas in eius domo diei permitteret, vel eas ipse faceret. Accidit hoc anno Dom. 596. & verba Epistolae habentur apud *Baron. tom. 8. ad dictum annum num. 15.*

De S. AMBROSIO meminit in vita eius *Paulinus*, quod cum aliquando trans Tyberim invitaretur ad quendam, ut sacrificium in domo sua offerret, quaedam balnearia paralitica ad eandem domum se fecerit in sella aportari. Quae cum sancti viri vestimentum excolata esset, sanitate recepit. Ex hinc patet, familiarem fuisse usum in privatis domibus celebrandi, etiam dum nulla vigeret Persecutio.

Hac vero deficiente, passim observatum, refert *Baron. tom. 2. Annal. etiam S. Augustin. lib. 22. de Civit. Dei, c. 8. PRESBYTERUM* quendam in domo rustica Sacrificium corporis, & sanguinis Domini obtulisse, consuetur.

Theodororus de scipio scribit, quod in cellula Matris Anachoretæ sacra mysteria celebravit, in *bist. relig. c. 20.*

De S. CASSIO Narniensi Episcopo legimus, quod cum propter infirmitatem non posset ad Ecclesiam venire, in Episcopo suo Missam fecerit. *Greg. hom. 27. in Evang.*

S. JOHANNES Eleemosynarius, auctore *Leontio*, cum populum de Ecclesia egredi videret ante consummationem Sacrificii, cum eodem & ipse egressus est, ac mirantibus dixit. Ego

fili propter vos ad Ecclesiam descendendo: nam & in Episcopio mihi Missam facere poteram.

Habitavit B. APOLLINARIS, prioribus antiquior, Ravenna in adibus Tribuni, & quotidie veniebat ad eum mille à populo, quos ille secreto docebat, dicens, ut crederent in Jesum Deum casti, & terrae credentemque baptizabantur. Multi quoque tradebant ei filios suos, ut sacris literis ab eo erudirentur. Iis autem, qui jam in Christum credebant, Missas, & baptisimata faciebat in domo Tribuni cum discipulis suis.

Itaque intra duodecim annos duos ordinavit Presbyteros, Adherctum, & Calocerum: Marcianum verò nobilissimum, & Leucadium Philosophum, Diaconos fecit: & sex clericos constituens, cum illis die noctue Domino psalmos cantabat. Crescente autem fama ejus, & quod annunciaret Jesum, multique in Christum credidissent, jam latere non poterat. Nunciatus est ergo de illo Saturnino Duci, qui cum adduxit ad Pontifices Capitolii Ravennatis, interrogavitque ex eo, quid sibi vellet. Respondit vir sanctus: Christianus sum. Dux ait: Et quis est Christus? Apollinaris respondit: Filius Dei: per quem creatura omnis vivit, in caelo terra, & mari. Dux ait: Ille ergo remittat nos, ut evertas cultum nostrorum Deorum? An ignotas sacrum nomen Jovis, qui magnus est habitator Capitolii urbis hujus, cui te oportet supplicem fieri? B. Apollinaris respondit: Quis fit ille habitator, nescio, nec templum ejus novi. Pontifices dixerunt: Veni ergo, & vide magnificum sanum, misericordique exornatum. Videbis illic invisibilium Jovis simulacrum. Cum ergo in Capitolium intrasset B. Apollinaris, subridens ait Pontificibus: Haec tam multa aurea, & argentea ornamenta relictis in pauperum ulsa erogarentur, quam coram demonibus appendantur. *Sur. in vita tom. 4.*

Vetium promissum in domibus celebrari.

Quanto & sanctius, & reverentius de tremendis hisce mysteriis sentit laudatissimus Imp. JUSTINIANUS, qui in authenticis suis constitutionibus sic ait: Et praeis sanctum est legibus, nulli penitus esse licentiam domi, quae sacrificia sunt agere; sed publice sine procedere in crudelitatem, & Dei cultum, secundum functionem de his sacratis actionibus traditam. Et nos etiam hanc in presenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdictum magnae hujus civitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostrae nationis, in domibus suis habere quaedam quasi orationum domos, & in his facere celebrare mysteria, & hinc quaedam Catholica, & Apostolicae traditioni extranea. Sed si quidem domus ita simpliciter aliqui habere putent oportere, in sacris suis orationis videlicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quae sacri sunt mysterijs hoc eis permittimus. Invidia enim nulla est, si volunt circa haec habere habitacula quaedam, & in eis tanquam in sacris aris: alius autem omnibus abstineret, nisi tamen in eis voluerint aliquos invitare clericos, hic quidem sanctissima majoris Ecclesiae, & sub ea sanctissimarum domuum voluntate, ac probatione sanctissimi Archiepiscopi ad hoc deputatos, in Provincia vero Deo amabilium Episcoporum. Haec & plura his ibi Justinianus Imperator. Porro an, & quatenus licentiam sit in privata domo habere cappellam, sive facellam, videatur Innocentian cap. *Ad haec, de election. Baldin. Margarita, verbo, Cappella, versic. final. Concil. Trid. sess. 22. decreto 1. de reformat. Justin. in auct. collat. 5. l. 12.*

Si quis in sua domo, aut in suburbano ecclesiasticum ministerium ministrare praesumpserit, aut alius celebrare concesserit, sine clericis sanctissimo locorum Episcopo subpactibus, jubemus hanc domum; aut suburbanum; aut praedium, ubi tale aliquid delinquitur, locis illius sanctissimae Ecclesiae vindicari per Deo amabilem Episcopum, & economum ejus, & civilem Judicem locorum. Si vero nesciente locorum domini, ejus curatores, aut conductores, aut emphyteuta contrarium aliquid exerceri permiserint, dominum quidem loci nullum praedictum, aut dispendium sustinere eos autem, qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex Provincia ubi, hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimae Ecclesiae vindicandis. *Ibid. collat. 9. tit. 6. de iur. Eccl. S. l. quis in sua domo.*

Hinc & Altarium portatium usus passim vetitus, quod in iis potissimum in privatis adibus Missae celebrarentur. Et videmus in omnibus Castellis per Belgium, privata olim fuisse excitata Oratoria, in quibus per Domesticum Sacellam, qui plerumque beneficium castrale obtinebat, quotidie pro domesticis Missa sacrificium peragebatur.

Ne tamen deinceps familia Oratoria per Episcopos admittantur.

tantur, eo quod multum imminuat reverentia Sacrificio A debita, deum ita inter domesticos parietes offertur; absque Apostolice Sedis licentia; PAULUS V. Pontifex particulari Bulla inhibuit, anno 1617.

Quin etiam olim non fuisse promiscue permittum in domo privata Missas celebrare, dicitur esse apud Greg. lib. 5. Epist. 45. *Judic. 14.* ubi mandat Joan. Episc. Syrac. ut amicitia pacifice caula, qui inter Ecclesiam, & Sæculi Præfules esse debet, in Venantii Præfæcti domo peragi divina mysteria permittat.

IN CARCERE.

Tantum fuisse zelum Christianorum circa tempora, quibus D. Cyprianus floruit, constat ex Epist. ipsius ad Presbyteros, & Diaconos Ecclesie Carthagenensis, ut & Sacerdotes tyrannorum rabiem pro nihilo ducentes, per summa pericula intimos carceres penetrarent, & Confessione is detentos, non verbis modo, sed & sacrificii incruenti oblatione, ac sacrorum mysterium communiione consolarentur. *Baron. tom. ad annum 253. 39.*

S. LUCIANUS, ut auctor est Niceph. lib. 8. *hist. c. 31.* cum ei vis tyrannica neque templi, neque sacrarii copia fieret, & B vincula quoque, atque plagæ corpori motum denegarent, in suo ipsius pectore discumbens, horrendo illo operabatur mysterio: eoque modo & ipse de illo participabat, & ut alii participarent, qui cum eo vinculis traditi erant, fuasor erat. Sacrum illud autem Niceph. in carcere perficerebat: & facer ille chorus, qui eum jam morientem stipabat, Ecclesie specimen representabat.

IN MARI.

Dum navigarem in Frisiam, positis nobis in medio mari, quod adiacet regioni Morinorum, adfuit hora, in qua sacrificium Deo victimæ salutaris immolandum erat. Tunc jactis anchoris, navis immobilis perficerebat: & celebrante S. Pontifice VVULFRANCO Missarum solemnia, ventum est ad locum, ubi minister patrum Præfili portigere debuit, extensa manu expectabat horam, qua susciperet eam. Sed dum minister eam abluere vellet, in mare ex ejus manibus collapsa est. Finita vero oratione, impetrat Diacono, ut in eum, in quem patris ceciderat, locum mitteret manum. Quo facto ab imo maris eadem patina divinitus reventa ejusdem ministri manui inhaesit. Quod videntes nauta, ceterique navis comites, Dominum cunctipotentis viscerum præcordiis collaudaverunt, qui per servum suum tale dignitas est operari miraculum.

Sicut commixtionem corporis, & sanguinis idem sanctus Præfili faciens, nomenque salvatoris glorificans, sacro sancta Missarum solemniam complevit. Langore corporis, quem diu protraxerat, per dies ingravescentes; septimo die, postquam obitum suum Dominici corporis, & sanguinis perceptione munito, quæ fuit ab ergastulo corporis anima sancta. Hæc *Vvando Abbas ad Jonam de his, qui ipse vidisset. Jonas Abbas in vita S. Vvulfrandi Baron. tom. 8. ann. 700.*

SUPRA PISCEM.

De S. MACHUTO narratur, quod ipse die Paschatis in patriam contendit, quasi insulam in mari videret, ad quam cum descendisset, remittendam fecit, & ecce consecratione peracta, tota, quæ videbatur, insula composita est, verum cæcus maximus erat, unde commoti omnes, & ipse vir sanctus nihil peti motus, quod caperet, absolvit: Deumque orabat omnes ut ab eo incolentes ad navem devenirent, quod & impetravit. *Anton. 2. part. tit. 12. c. 8. s. 5.*

Simile quid de S. MACLOVIO *Siebertus* narrat, quod ipso Pascha die navigio vectus, cum celebrare desideraret, Deus illi piscem grandem præparavit, ejus tanta moles erat, ut rupes crederetur. Descendit ille, & cum eo 180. qui erant in navi, & peracto sacrificio ad navem redierunt.

IN CASTRIS.

CONSTANTINUS Imp. in palatio extruxit Ecclesiam, & tabernaculum Ecclesie figuram exprimens, cum contra hostes prælio contendere, secum circumferre consuevit, ad eum finem, ut neque sibi in solitudine vitam agenti, neque exercitui deesse ad ea sacra, in qua quidem debent Deum laudibus esse, precibus sollicitate, & sacra mysteria percipere: nam Sacerdotes, & Diaconi, qui secundum Ecclesie institutum ista munera obirent, tabernaculum assidue secuti sunt. Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui jam vocantur Numeri, singuli sibi tabernaculum separatim construxerunt, habueruntque secum Sacerdotes, & Diaconos ad rem divinam faciendam designatos. *Sezom. lib. 2. *hist. Eccl. c. 8.**

Quod posterioribus temporibus apud Christianos Principes etiam religiosè observatur, ut in tentoriis, ubi necessitas urget, sacra peragantur. Atque hæc occasione fieri notant historici, ut plerumque adversus infideles, & fidei hostes victores evadant, eo quod hæc etiam spirituali armatura instructi dimicant.

IN TENTORIIS.

Auctor vite S. BONIFACII Episc. & Martyris lib. 1. c. 23. refert, eum cum in Turingia verbum Dei prædicaret, & fixis tentoriis maneret super flumen Oraham, in iisdem Missam celebrasse, totaque nocte lucem cælestis totum locum illustrasse.

Atque hodie usus obtinet, ut in tentoriis celebratur, dum castra, vel in itinere subsistunt, vel in campis, aut obfisione nihil detinentur. Eamque ob causam Archidux ALBERTUS Belgicæ Princeps, admodum insignis tentorium adomaverat, majestate ministerii, seque dignum.

IN CELLA.

S. PAPHNUTII Abbatem incruentum Deo sacrificium obtulisse in cella sua, memorat *Simon Metaphrasis vita.*

IN CUBICULO.

Damasc. in vita Barlaam, & Josephat: Alii (loquitur de Monachis) inter se constructis ædificiis, Dominicis diebus ad unam, & eandem Ecclesiam conveniunt, ad divina mysteria, hoc est, incruentum puri corporis, ac pretiosi sanguinis Christi sacrificium percipiunt: quæ quidem Dominus piis in peccatorum remissionem, ac tum animi, tum corporis illuminationem, & sanctificationem donavit. Cum idem BARLAAM Regis filium baptizasset, super eum Spiritus sancti gratia venit: cumque ad ipsum cubiculum redisset, atque incruenti sacrificii sacrum peregerit, immaculata Christi mysteria ipsi impertivit. Postquam ille spiritui exaltabat, Christum Deum laude, atque gloria laudavit.

Item c. 39. *BARLAAM* deinde ad quosdam fratres longo intervallo ab ipso distitos eum (Josephatum) amandat, ut ea, quæ ad sacrosanctum sacrificium sciendum accommodata erant, afferret. Cum igitur longinquum illud iter fortissimo animo conficisset, atque ea, quæ ad sacrosanctum sacrificium opus erant, attulisset, divisim illi sacrosanctum sacrificium Deo obtulit: percipente Christi ab omni labe puris mysteris, ac Josephato item impertitis, spiritui exultavit c. 12. c. 19. c. 39.

IN MANIBUS DIACONORUM.

THEOPHORETUS in historia sanctorum Patrum scribit in vita S. Maris: Cum longo tempore divinus Maris desiderasset videri offerri spiritale, & mysticum sacrificium, rogavit, ut divi dont illic fieret oblatio. Ego vero libenter parvi, & jussi sacra vasa afferri, pagus cum haud longo aberat: & pro altari usus Diaconorum manibus, mysticum, divinum, & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omni spiritali implebatur voluptate, & existimabat se ipsum cælum videre: dicebatque se nunquam tantam cepisse lætiam. Ego autem cum ab eo valde fuerim dilectus, putavi me, & ei inquiram esse facturum, si non etiam mortuum laudaverim, & alii, si non hæc optimam philosophiam eis propoficium imitandum. *Theodor. c. 20.*

IN TUGURIO.

De APOLLINARI Episcopo, & Martyre, id constat ex Martyrologio, quod Tugurium habuerit extra muros civitatis, ad quod Christiani furtive conveniebant, in quo & Missas celebrabat, & ex vicino mari sumpta aqua baptizabat.

Quod sane permittum olim tenet *Gloss. de consec. dist. 1. ut H* scilicet incensis per Tyrannos Ecclesiis, in Cappellis celebraretur, dummodo tabula, five lapis consecratus ad manum esset: ubi per Cappellas, Tuguria accipiuntur animalium pelibus contexta.

ANTE LECTUM.

S. PAULINO Episcopo Nolano graviter ægrotante, duo ad eum venerunt Episcopi visitandi gratia, quibus visis ex hilaratus, iussit ante lectum facra mysteria eos celebrare, animamque suam Deo commendare.

* FREQUENTATIO MISSÆ.

Quotidie olim celebrata, prout igitur nunc, at tunc etiam *sepius eodem die.*

Missæ quotidianam celebrationem semper in Ecclesia usitatam, & maxime laudabilem habitam, testatur *Baron. tom. 7. Annal. ad annum Christi 1517.* & constat ex c. *Ador.* ubi dicuntur Apostoli perseverasse in communicatione fractionis panis.

In Concilio Toletano Generali XVI. celebrato anno 693. inter A alia decretum, ut quotidie offerretur Missæ sacrificium pro incoluntate Regis Hispania. Verba suo loco dicemus, ubi de iis agemus, pro quibus sacrificium offerri consuevit. *Baron. tom. 8. ad ann. 693. 6.*

Concilium vero *Emmeritense XII.* Comprovincialium Episc. Provincie Lusitanie statuit, ut cuius ob pauperum Ecclesiarum, plures essent credite, in illis singulis singula sacrificia diebus Dominicis offerre deberet. *Canon. 14.*

In Concilio Toletano XXI. quod anno 671. Id. Januarii celebratum est *Canon. 5.* redarguit, qui plures uno die Missas celebrarent: atque in ultima tantum, non in singulis communicarent. *Baron. tom. 8. ad ann. 681. 59.*

De S. UDALRICO Episc. Augustano refert in vita *Marcus Velliferus c. 15.* quod cum ad Cœnobium ad Sacraenon exulsum venisset Sabbatho, sequenti die Missam de S. Trinitate celebravit, ac ea finita aliam venerationis dici Dominicæ congruentem subjecerit. Immo plerumque tres, ac etiam plures fecerunt, si infirmitas corporis, aut aliquod studium ei tempus non subtraherent. Unde colligimus, sacerdotibus olim liberum plures Missas in die celebrare. Et constat ex *Leone Papa ep. 79.*

Concilium autem *Salégubiense*, cui Bruno Augustanus interfuitur MLXXI. c. 5. constituit, ne quis trium Missarum numerum excederet.

ALEXANDER vero Pontifex, qui obiit anno eodem 1073. ad unam revocavit. *C. Sufficit de consec. dist. 11.*

Cæterum ex indulto, & ordinatione TELESPHORI Papæ, in festo Nativitatis Domini tres Missæ ab unoquoque Sacerdote celebrantur, una post mediam noctem, ad representandam legem naturæ, quæ omni lumine destituta erat alicujus legis, & longè aberat a cognitione Dei, vel etiam, ut ostendatur Christum natum media nocte: Secunda in aurora, siye primo diluculo, quod representantur ii, qui fuerunt in lege. Mofaica, quibus propinquitur erat Dei cognitio; vel ad representandam primam Domini jam natæ apparitionem factam in aurore Pastoribus. Tertia pleno die, ad adorandam tempore gratiæ, quo venit lux in mundum, quæ illuminat omnes. Ab his rationibus complyat *Durandus in Ration. divinor. officior. lib. 6. c. 1. n. 22. 23. 24. c. 19.* Sote autem dicit celebrari tres Missas ob triplicem Christi nativitatem.

Etiam in die Nativitatis S. Joannis olim duas Missas celebratas tradit *Analar. l. 3. off. cap. 38.* quod exemplo Udalrici Augustani Antifisis. probat *Berno Abbas Augustani in vita.*

ALBERTUS Monachus his in die solitus celebrare; semel pro vivis, & altera vice pro defunctis, Refert *Robert. Archiepisc. Aulstram.* multum quilibet *Leo III.* etiam nonies celebrasse legitur. *Styabo, c. 21.*

FREQUENTATIONIS QUOTIDIANÆ.

EXEMPLA HISTORICA, quibus videtur, quomodo in hunc usum fuerint.

S. ANDREAS Apostolus Aegæo Proconsuli jussit, ut Idolis immolaret. Ego respondebat, quotidie immolo agnum immaculatum. *Ex vita illius.*

S. GREGORIUS Pontifex Romanus non omittebat, etiam si esset infirmus, rem sacram facere: id constat ex epistola, quam ipse scripsit Eulogio Patriarchæ Alexandrino in hæc verba: Transacto anno, suavissima sanctitatis vestre scripta, suscepi, quibus pro agritudinis meæ nimietate respondere nunc usque non valui. Eo enim jam biennium penè expletur, quo lectulo tener, tantisque podagra doloribus affligor, ut vix in diebus festis usque ad horarum trium spatium surgere valeam, & Missarum solemniam celebrare; ut cruciatum meum non possim gemitu interrumpente tolerare, qui dolor interdum lentus est, interdum nimius; sed neque ita lentus, ut recedat, neque ita nimius, ut interficiat. *Joan. Diacon. in vita lib. 4. c. 67.*

S. AMBROSIO Mediolanensis Antistes ipso in Episcopatum ingressu sic vitam instituit: ut curam rerum domesticarum Satyro fratri reliquerit, sese vero totum spiritualibus Ecclesie curis penitus mancipavit. Erat Satyrus frater adeo spectata virtus, ut in rebus agendis, ac moderandis ipsum habere consueverit consultorem, & arbitrum. Ad sacrificium celebrandum ita assiduus erat (quod ipse testatur) ut quotidie illud gereret, summa prævia animi preparatione: Quolibet vero die Dominicæ (ut auctor est S. August.) in Ecclesia pro concione populum docendum susceperit; cætera autem munia Ecclesiastica sic strenuè solus obierit, ut, quod ait Pauli-

nus, circa baptizandos ipse solus impleret, quod post ejus obitum vix quinque Episcopi perficere potuerunt. *Baron. E tom. 4. ann. 375.*

Solebat S. GUDUVALUS Missas assidue celebrare. Quanta autem puritate se tanto mysterio prepararet, divinitus revelatum est. Junius, vigiliis, precibus premissis, cum sacro altari virginitatis bysso, & charitatis purpura adfaret indutus, atque ad caelestia suspensus, cæli aperti sunt, & visio mirabilis ei exhibitæ est. Descendunt ad eum sancti Angeli, adstant consolationis gratia sanctificanti, tremendis interitum mysteris, una cum illo laudes depromunt Deo, cum ingenti reverentia. Ille seu splendida lucis columna stat sancta sanctorum tractans, agnum Dei immolans, junguntur caelestia terrenis, terrena caelestibus, mortalibus immortales: pro tanta gratia divinitus mortalibus collata immortales gratulantur. *Bredem. lib. 1. collat. Sacrar. cap. 11.*

Multi vestrum, fratres charissimi, ait *GREGOR. M. CASSIUS* Namienis urbis Episcopum novorum: cuius erit quotidianas Deo hostias offerre, ita ut penè nullus dies vite ejus abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placionis immolaret. Qui cum sacrificio valde etiam concordabat, vita: nam cuncta, quæ habebat, in elemosinis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificii venisset, velut totus in lachrymis defluens, semetipsum, cum magna cordis contritione mactabat. Cujus & vitam, & exitum a quodam venerabilis vite Diacono: qui fuerat ab eo nutritus, referent cognovi; Ajebat enim, quod quadam nocte ejus presbytero pro vitam Dominus astrit, dicens: Vade, & die Episcopo. Age, quod agis, operare, quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natali Apostolorum venis ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quæ & vicino Apostolorum natalis dies imminet, tam propinquitus dicitur ad Episcopum nuntiare pertinuit. Alia nocte cominus rediit, & Episcopo inopeditantem vehementer increpavit, atque ejus hostias sua verba retexit, Tunc Presbyter luctans, ut prægeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta, est indicanda reclamatione. Et ad admonitionem quoque iterata justitiam, oblituit pergere res, & quæ videat, manifestare, neglexit. Sed quia magnam manifestitudinem contenta gratia major sequi solentia vindicta, visione tercia Dominus apparet, jam verbis addidit verbera, & jam districta cæde mactatus est, ut in eodivinitus cordis emollirent vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verberibus, perrexit ad Episcopum, cumque iam ex morte iuxta B. C. Juvenalis Martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consententem tepetit, secretum a circumstantibus percipit, seque ejus pedibus stravit. Dumque eum ubertim flentem Episcopus vix ad se levare pocuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis, prius vestimento ex humeris devoluto, detexit plagas corporis, urtica dicam, testes veritatis, & culpa, monstravit quanta animadversione distractionis membra illius accepta verbera livore infecto succaverant. Quæ mox, ut Episcopus vidit, exhorruit, & quis sibi talia facere præsumpserit, cum magna obstupescationis vocibus inquisivit. At ille respondit; hæc pro seipso fuisse perpeffum: Ex erevit cum terrore admittit, sed nullas jam Presbyter inquisitioni ejus moras adiciens, secretum revelationis aperuit, eique justitiam Dominicæ ca, quæ audierat, verbariavit, dicens: Age, quod agis; operare; quod operaris, non cesset manus tua, non cesset pes tuus: natali Apostolorum venis ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis, Episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostravit, & qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extente orationis magnitudine ad horam nonam usque proclavavit. Atque ex illo jam die magis, magisque aucta sunt ei luera pietatis; factusque est tam fortis in opere, quam certus ex munero: quippe qui eum, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione jam ceperat habere debitorum. Hæc autem confutudine fuerat, singulis annis natali Apostolorum die Romanam venire. Jamque ex hæc revelatione suspectus venire juxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno, vel tertio in mortis sue expectatione suspensus, quarto, quinto quoque, & sexto similiter. Qui desperare jam de veritate revelationis poterat, si verbis fidem verbera non fecissent. Cum ecce septimo anno usque ad expectati natalis sacras vigilas incoluntis pervenit, sed levis hunc vigilis calor attriguit, atque ipso die natali filii suis se expectantibus Missarum solemniam implere se posse reculavit. Illi vero, qui de ejus erant pariter egredione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese unanimiter ad-

Stringentes, ut die eodem nequam acquiescerent Missarum sollemnium celebrari, nisi pro eis apud Dominum idem Antistes suus intercesserit accederet. Tunc ille compulsus, in Episcopi oratorio Missas fecit, & manu sua corpus Dominicum, pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblatis sacrificiis peracto, ad lectulum rediit, ibique jacens, dum sacerdotes suos ac ministros, circumfusus cerneret, quasi vale ultimum dicens, de servando eo vinculo charitatis admonebat, & quanta debuisse concordia inter se uniti, predicabat. Cum subito inter ipsa sancta exhortationis verba, voce terribili clamavit, dicens: Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteam dedit, quod ex more morentium, sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso, spiritum emisit, sicque sancta illa anima ad gaudia eterna perveniens, a carnis corruptione soluta est. Quem, fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum, quem in vita fuerat contemplatus? Dicens enim: Hora est, de corpore exiit; quia Iesus peractis omnibus cum dixisset: Consummatum est, inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo Dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidiana hostia illa cum elemosynis, & lachrymis missa legato, quantum cum Rege veniente gratia pacem fecit. *Homilia 37. in Evang.*

Admiranda fuit S. THOMÆ Aquinatis viri sanctitate, & doctrina clarissimi, inter orandum animi pietas, & devotio. Cum enim se daret rerum divinarum contemplationi, adeo per se visus esse fuisse in Deum sublimiter excessisse, ut corpus pariter in aere suspensum videretur. Præcipua autem devotione afficiebatur erga illud præstantissimum Eucharistia Sacramentum: solabatque quotidie Missam offerre sacrificium, nisi adversa valitudine esset impeditus; nec hoc contentus, etiam alterius fratris Missam auscultabat, cui etiam ut plurimum ipse interveniebat. Sub ipso autem sacrificio, tanti sacramenti amore eberrius, non raro in Deum rapiebatur totus lachrymis persufusus. *in vita ejus.*

S. LAURENTIUS Justinianus Patriarcha Venetus, ut legitur in vita ejus 8. die Januar. ex quo die factus est Sacerdos, quotidie Missam celebrabat, nisi valeat impediretur; solebat enim dicere, quod qui cum posset Domino suo frui, non frueretur, si agere se declarare, Dominum sui curam non habere. Idem fecisse quoque legitur S. Odilonem, teste Petro Damiano in vita ejus. *Bernard. Justinian. in vita.*

De Cassio Narrensi Episcopo Gregor. meminit lib. 4. Dial. cap. 56. quod quotidie Deo sacrificium offerre consueverit.

Cidem de Hildulpho Trevisini Archiepiscopo, memorat S. Rupertus II. filius. *Udalricus grandævus, & decrepitus, nunquam diem sine hac oblatione transire passus scribitur à Bernone Angliensi. Et hodie id obtinet, ut Sacerdotes tam Regulares, quam Sæculares timorata conscientia quotidie celebrent. Immo diem perdidisse arberentur, quo non celebrarent. Ex causa tamen sicut subinde communione quotidiana; ita celebratione consuetudo abstinere.*

Vide pleaque in loco de Sacerdote. Tit. commentatio quotidiana Sacrificii.

ERROR CIRCA HOC ARGUMENTUM.

Guido Carmelita refert, Græcos, & Waldenses hoc errore detineri, ut velint Eucharistiam majoris efficaciz esse Feria V. in Coena Domini, quam alia Feria, aut die consecrata, eaque propter tunc solum celebrare consuevisse, ut toto deinde anno pro viatico eam servarent. Quem morem S. Ambrosius, de Sacram. cap. 4. reprehendit, eique contradicere Ecclesie usus, frequentem sacrificii iterationem suadens. Et quidem Ambrosius quotidianam communionem inculcat. Græci enim *trispas*, inquit, dicitur; Latini hunc panem quotidianum dicit: quem Græci advenientem. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? accipe quotidie, quod tibi quotidie proest.

Carthusiani prima sui Ordinis institutione rariis celebrabant, ideoque quidam Alexander Monachus eum ordinem commutare cogitabat, quem ob id redarguit Petrus Blesensis ante annos 400. Hujus autem intermissionis causa non erat error aliquis, sed reverentia Sacramenti, quam ex raritate frequentationis crescere sentiebant.

Verum correverunt hoc statutum Carthusiani, & merito. Vidimus enim proleque sacerdotum inter pietatis amantes, & fiores, ut reverentia illius prætextu vix ter, aut quater, per annum celebrent, ut liberius se vitis immergant; eum potius quotidie peccantes, quotidianum remedium percipere debeant.

Qui non meretur quotidie accipere, ait S. Ambrosius supra; non meretur post annum accipere. *S. Aug. epist. 118. & referat cap. Si non de conf. dist. 2. Si non talia peccata sine, ut excommunicetur quis; non se debet a medicina corporis, & sanguinis Domini separare. Vide in loco de Euchar. Tit. de Frequen. Communionis.*

ANGELORUM ASSISTENTIA IN MISSA.

Quodque subinde in eodem ministraverint.
Extant luculentissima, & quæque omnem fidem merentur historiz, quomodo administratori illi Spiritus Angelici, sese tremendis Missæ mysteriis interposuerint, atque eorum stupendam sanctitatem præsentia sua, & ministerio testati sint. Quos sanè intervenire frequentius, & Domino suo obsequia honoris deferre, ubi manque Rex ibi etiam Curia, quis audeat dubitare? Paucæ multis dabis hujus rei testimonia.

Et quidem primum nobis donat D. Jo. Chrys. qui hæc scribit, lib. 6. de Sacerd. Cum, inquit, SACERDOS spiritum sanctum invocaverit, sacrificiumque honore, & reverentia plenissimum perfecterit, communi omnium Domino manibus assistit, & quod quæ ex te, quoto illum in ordine coluabimus? quantum autem ab eo integratim exigimus? quantum religionem? Considera enim, qualis manus illa administrans esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat; quæ denique re non puriorem, sanctioremque; esse conveniat animam, quæ, tantum illum, tamque dignum spiritum receperit. Per id tempus & Angeli Sacerdoti assistent, & celestium Potestatum universus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, quirmolatur, Angelorum choris cinctus est. Id quod credere abunde licet, vel ex tanto Sacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem illum quemdam audivi, cum diceret senem quemdam; virum admirabilem, ac cui revelationum mysteria multa fuisse divinitus detecta, sibi narrafse, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illum quidem tempus de repente Angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus induorum, altare ipsum circumstantium; & denique sic capite inclinatorum, ut si qui milites præserte Rege stantes viderent.

Item & alius quidam mihi narrafse, non ille quidem ab aliocoductus, sed dignus habitus, qui & vidisset ipse, & audivisset, quod qui de vita hac emigratus fuit, si mysteriorum hujusmodi, cum pura, ac munda conscientia fuerint participatus, spiritum assistant, ab Angelis, illorum corpora fatellitum motes, & cantibus, propter assumptum illud sacrificium, & hinc redit in celum deducantur. Cogitamus, quod illum sursum sedentem, qui ab Angelis adoratur, hunc degulamus. Considera, quæ, mensa regalis est apposta. Angeli mensæ ministrant; ipsæ Rex adest, & in aditas officians? Sorde sunt tibi vestimenta, & nihil est tibi curæ. At pura sunt; igitur adora, & communica. Dum profertur sacrificium, & Christus immolatur, & ovis Dominicæ; cum audieris, oremus omnes communitur, cum vela videris detrahi, tunc superne cælum aperiri cogita, & Angelos descendere. *Idem hom. 61. ad Pop. Autiob.*

Idem CHRYSOSTOMUS, sacerdos admittendus Ecclesie Constantinopolitanae, immo verò totius orbis splendor, vir animi perspicacis, omni fere tempore videbat domum Domini referentem Angelorum coetum, & tunc inprimis, cum divinum, & in cruentum sacrificium offerretur. Quo quidem tempore, stupore, & lætitia plenus, ter præcipuis amicis spiritualibus privatim enaravit. Cum crepisset, inquit, Sacerdos sanctum Sacrificium, seu oblationem facere, plurimi statim ex illis Viri virtutes à Hæcælo descendentes, stolis induta splendidi, immo nudis pedibus, intentis oculis, pronæ altari magno, cum silentio, & reverentia, quoad venerandum illum mysterium explem fuit, circumfisterunt. Deinde hunc illum singula per totam domum diffusa, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis distributionem corporis, & pretiosi sanguinis ministrantibus adhaerent, satagentes, & sedulo adjuvantes. *Baron. 6. ann. 407.*

Ex hominibus excessit quidem Theodosius, à Ruba verò ad Lauram redit magnus EUTHYMUS, & aliquando quidem uno sabbathorum, ille quidem cum Deo ministrabat, & ei merentium obtulit sacrificium: Domitianus autem adlabat ad dextram cum myrtillo illo ventilabro, cum jam esset peragenda ter sancti glorificatio. Teroneque Saracenus, & Chryppi frater Gabrielis, alter quidem prope, alter verò stans intra aram: o magnam Chærite tuam in Euthymium gratiam? vident igitur nem veluti in quodam distulsum linteo desuper descendentem, quin etiam ipsum Euthymium, & cum eo Domitianum intus

com-

complexum, sic citæ permanisse ab initio, ter Sancti usque ad completum ministerium. Tereseb autem meus correptus, & exterius ab ara recessit: & non amplius audacter, & temere ingressus est adytâ, sed in templi consueti vestibulo, cum magna in synaxin reverentia, ut mihi postea narrafvit Cyriacus Anachoreta, qui hæc audiverat Terone, & Gabrielio, qui viderunt. Ajunt verò, eum quoque aliquando dixisse Fratris hujusmodi, qui cum eo soorium verlabantur, quod sæpè videret terribilem Angelorum visionem unâ secum Deo ministrantem, & sacra contendantem, & quod in Domini corporis sumptione, aliquos quidem ex iis, qui accedebant videret illuminari; aliquos autem veluti obscurari, & morte affici, quicunque scilicet erant indigni ea luce. *Cyriac. Eremit. in vita S. Euthymii. Heret. Centur. 6.*

Narrafvit quidam Patrum, quod senex QUIDAM mundus, & sanctus existens, cum offerret Sacramentum, videbat Angelos fidei dextra, levæque assistentes. Porro hæc ab hæreticis confectionis ritum percipit, & veluti simplex, & rudis divinatorum dogmatum, quando offerebat, in simplicitate, & innocencia dicebat, quæ non decebat secundum rectam fidem, ignorans, quod falleretur. Per divinam igitur dispensationem perrexit ad eum Diaconus quidam peritissimus divinatorum dogmatum. Condit autem sanctum senem præserte illo sacrificio offerre. Dixit autem ei Diaconus: Verba, quæ in offerendo dixisti, rectè fidei non sunt, sed hæreticorum, & pravæ opinionis hominum. Senex autem confidens, quoniam videbat Angelos, dum offerebat, non intendit his, quæ dicebantur à Diacono, sed contemplit. Diaconus autem persistebat dicens: Falleris, Abba, non enim admittit fides Catholica ista, quæ dicis, neque mater Ecclesia. Cum autem videret Diaconum constantiam in se arguendo senex, atque in oblatione salutaris sanctos Angelos, ut consueverat, intueretur, ait eis: Diaconus iste mihi hæc, & ista dicit, quomodo se habet veritas? Dicunt ei Angeli, Ausculta ei, nam vera loquitur, & rectè ista profertur. Dixit autem ei senex: Quare vos non dixistis mihi? Dixerunt autem illi Angeli: Deus ita disponit, ut homines corriganter. (Advertendum autem hic est, hunc simplicem Patrem potius ex Dei misericordia, quam ex villorum verborum Sacram Eucharistiam consecisse, si illa formam corrumperent. *Sopbron. cap. 299. Prati spiritualis.*)

Angelorum in Missa ministerium.

Cum beatus OSVALDUS Episcopus VVigorniensis ad huc juvenis in Floriacensi Monasterio monasticam vitam sanctissime colere, iuxta locum, in quo oras solebat, crypta quædam erat, ad cuius fores duodecim pauperes quotidianum victum à monasterio percipiabant; atque ex iis unus sancto Osvaldo sacras hostias offerenti ministrabat. Quadam ergo die, cum vir sanctus post Evangelium recitatum oculis in cælum crederet, minister ejus vidit reverendi vultus personam, candidissimum panem, sed exiguum inser manus, quas usque ad caput suum potestas habebat, digno eum honore tenente. Ea visione licet mirè perterretur, sustinuit tamen, nec subitans arripere fugam voluit. Sed cum eundem panem cum Sacerdotis in Missa processu paulatim crescere, atque ad insolitam molem provehi cerneret, ultra illic hæere non ausus extra ostium aufugit. Itaque solus remansit Osvaldus presbyter, & qui videbatur, à dextris eius assistens Angelus D. ejus. Interim minister identidem caput ostio templi inferens, quid circa altare gereretur, trepidus explorabat: eumque fecerit Dei. (Per omnia sæcula seculorum, & quædam alia pro consuetudine diceret, nec ille respondere audeat, audivit Angelum ad singula respondentem, eique officiosè ministrantem. Peracto sacrificio, minister interprecians, & Angelum jam non videns, trepidus ad virum Dei accessit, causam fugæ suæ exposuit, scilicet ab eo, num ipse quoque Angelum videret. Tum ille: Et quidem vidi, inquit, & audivi ea, quæ dicis. Sit benedictum nomen omnipotentis Dei, qui me tua operam deservitum, in sacro ministerio suo non deseruit. Interdixit autem ei, ne, dum esset in vivis, cuiquam eam visionem aperiret. *Surius in vita cap. 26.*

Cum aliquando die Paschæ in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris GREGORIUS primus Pontifex maximus celebraret: & Pax domini sit semper vobis, dixisset, Angelus Domini alia voce respondit. *Et cum spiritu tuo.* Propter quod Pape ipsa die ibidem celebranti, & Pax Domini, &c. dicens, nihil responderet. *Joan. Diaconus in vita.*

PROCLUS Episcopus, & Martyr è Syria Romam venit

tempore Justinii Imp. totaque Romanam provinciam percurrans Christum predicabat, miraculis, ac vite sanctitate resurgens: is cum die quadam rem sacram faceret, præserte Valentino Episcopo Teramenis, Angelus Domini iterum de altari calicem in aera videntibus omnibus sublevavit, ac deinde in altari repositus sanguine consecrato, Sanctus autem Presbyter de mandato Angeli sanguinem consecratum libavit. *Pet. Episc. Aquin. lib. 1. Catal. sancti. c. 15.*

S. GUDVVALDUS Archiepiscopus, vir sanctus, solebat Missam quotidie celebrare. Quanta autem puritate se tanto ministerio præpararet, divinitus revelatum est. Jejunis, vigiliis, precibus præmissis, cum sacro altari virginitatis bysso, & charitatis pupura adfaret indutus, atque ad caelestia suspensus; cæli aperti sunt, & visio mirabilis ei exhibita est. Descendunt ad eum sancti Angeli, adstant consolationis gratia sacrificiantes, tremendis interfunt mysteriis, unâ cum illo laudes decantant. Deo cum ingente reverentia. Ille cum splendida lucis columna stat sancta sanctorum tractans, agnum Dei immolans, junguntur caelestia terrenis, terrena celestibus, mortalibus immortales: pro tanta gratia divinitus mortalibus collata immortales gratulantur. *Surius in vita.*

Cum FRATE JOANNES de Parma Ordin. B. Francisci Religiosus, sese Generali abdicasset, precibus contendit, ut sibi à Generali in locum ejus sufficere daretur facultas petendi solitudinem Græcio in provincia Romana sitam, ut ibi populi strepitu liberius Deo vacaret, vitamque celestibus parem spiritibus traderet. Cæteris, quam totos ferè triginta annos inhabitavit, ad præparandum quidem spatio delubrurum, in quo sacris operabatur ministrante eisdem Ordinis non vulgaris pietatis Religioso. Factum est autem, ut hic diuturnioribus antelucanis præcationibus fatigatus, ita somno oppressus jacuerit, ut hora etiam ministrandi facis proxima nihilominus consopiretur. Interea vir sanctus ministerium perquirat, nec reperit: sacris se accingit peragendis, ipse ministris proximè more suo venturi. Hora constituta aderat, nec comparere Frater, adest Angelus, & fit minister, vultu, ac veste referens Religiosum. Sacrificio ad finem perduco, adhuc exiens Frater in formis à Fr. Joanne accersitum percipit. Excitatur, Sacerdotem adit, & ait: Placene, Patet mihi, sacrum facere? Tum vir Dei cognovit, Angelum, non religiosum, sacra ministrasse. *Lib. 1. Chron. Franciscan. cap. 97. innot.*

MIRACULA.

Quibus asseritur præsentia Christi in Missa.
CYRILLO Carmelite Græco dum sacra faceret, prodigiosum quid accidisse scribit Mantuanus lib. 5. Fastorum; his verbis:

Cyrillus divinus homo cum sacra litaret, mirabilis illum Manè sub auroram, sacra vestitus abolla, & munda (Res miranda) puer fulgenti splendens ore, ubi natus Adstitit ante viram, liquidis suspensus in auribus, Argenti quoque docens annorum fata sequentem. Protulit, & manibus pronis dimisit in aram, & cæpi Adiciens: Deus ista tibi secreta revelat, & cæpi Sancte pater: tu fac populis ea nota Latinis. Continuo mutans Romanis Attica verbis Nomina, ad Abbatem Siculum transtulit, & cæpi Confestim in Latium, scibolis ad singula junctis, Qui superant, & habentur ad hoc, passimque leguntur.

EDUARDO Anglorum regi, dum Missæ sacrificio interferebat, in manibus sacrificantis Presbyteri Christum ea corporis forma, quam de Virgine Matre sumpsit, ferunt apparuisse. Mox cum prorupisset in risum, & ac interrogaretur: Equid esset? respondit: Se vidisse Dacos insectis armis Angliam invadere, ac continuo prætoris nave demersa, in Daciam contendere. Id quod paulo post accidit. Inde facile cognovit, regnum suum esse Deo curæ. *Polyt. lib. 8.*

MARTE, cognomento Decagnes, Christum pueri figura visum perhibere, dum sacerdos inter sacrificandum de more manus sustulisset. *Idem.*

Cum PASTOR VVeddingensis Missam celebraret sub Henrico III. Imper. vinum calicis conversum est in sanguinem, cuius haustum ille abominans, detulit Magdeburgum, ibique in aëre summa reclusum est. *Chron. Saxonicum.*

Cum adversus Carolum primum Conradum Germanorum rex, ad recuperandum Neapolitanum regnum, cum valido exercitu proficerecetur, CLEMENS IV. Pontifex, Vi- terbii, confertata metu avia, in Prædicatorum sano inter Missarum solemniam concionatus, ad solandas hominum mentes